



**Franc. Balduini Constantinus Magnus, sive De Constantini  
Imp. legibus ecclesiasticis atque civilibus, commentariorum  
libri duo : accessit copiosus rerum & verborum memorabilium  
index.**

<https://hdl.handle.net/1874/388317>

*op* 3  
FRAN. BALDVL  
NI IVRISCONS.

# CONSTAN

TINVS MAGNVS,

SIVE

DE CONSTANTI-  
NI IMP. LEGIBVS EC-  
clesiaſticis atque Ciuilibus,  
Commentariorum Li-  
bri duo:

Accessit copiosus rerum & uerborum  
memorabilium INDEX.

BASILEAE, PER IOAN-  
*nem Oporinum,*

АУСЛАДА МАЧТ  
СИОБЛУКИТИ

# ИАТГИОН

САУИРМ. ЗУЧТ

САУИРМ.

АУСЛАДА МАЧТ  
СИОБЛУКИТИ  
САУИРМ. ЗУЧТ  
САУИРМ.

САУИРМ. ЗУЧТ  
САУИРМ. ЗУЧТ

АУСЛАДА МАЧТ  
СИОБЛУКИТИ

ILLVSTRISS> PRIN  
CIP> FRIDERICO CO-  
miti Palatino Rheni, Duci Baua-  
rię, S. Ro. Imperij Archidap.  
ac Principi Electori,

FRANCISCVS BALDVL

NVS S.



VLTIS iam annis  
magna studiorum con-  
tentione queritur, il-  
lustriss. Princeps, de  
optimis constituenda  
Reip. Christianae legi-  
bus. Earum ex antiquitatis memoria repe-  
tendum aliquod exemplum esse, nemo, qui  
sanus sit, negat: patentur omnes boni. Sed  
quale uel sit illud, uel esse debeat, multi du-  
bitant: præsertim cum Legib. opus sit, quæ  
cum religionis causa coiunctā rem ciuilem  
constituere recte possint. De ijs tamē quisq;  
quem quidē aliqua Reip. cura tangit, sen-  
tentiam dicit suā. Sed cūm omnes ordines

## Epistola

certatim id agant, tum uero Iurisconsulti  
in primis rogari solent: & rogati, quid sen-  
tiant, dicere considerate debent. Tantum  
mihi non sumo, non tribuo tantum, ut in  
eorum ordine amplissimo sedere me existi-  
mem: qui nec in imo quidem subsellio for-  
tasse hærere possim, si de tali causa re qua-  
ratur. Sed cum in Comitijs huicse Impe-  
rii hoc tempore de illa deliberent uiri Prin-  
cipes, semper mihi uisus est Constantinus  
occurrere, auctor profecto magnus, & in  
hoc genere primus: quem, qui Remp. Chri-  
stianam saluam esse uolunt, in primis au-  
diant, & in dissensione arbitrum accipere  
non recusent. Neutri enim parti suspectus  
uel est, uel esse nunc potest. debet potius &  
potest utriq; esse pergratus: & est denique  
omnium iampridem ordinum, omniumq;  
temporum consensu receptus index talium  
controversiarum, & in talibus delibera-  
tionibus delectus tanquam Princeps Se-  
natus. Sed quænam eius sententia sit, uel  
olim

## Nuncupatoria.

olim fuerit, fortasse ambigitur: quod & hi  
storiæ, quæ de eo multæ circumferuntur,  
sint etiam multis fabulis contaminatae: &  
eius leges partim suppressæ, partim disie-  
cta, discerptæq; sint. Agnosco equidem u-  
tramq; hanc illi & nobis factam iniuriam  
esse. Sed depelli tamē utramq; posse credo.  
Historiam, depulsis fabulis, ueram, quam  
requirimus, contexent, & tanquam de-  
tersis maculis purā castamq; dabunt, quos  
aliquando fore speramus ueteris memoria,  
uniuersæ uindices: Leges interea, quarum  
lacera membra iactari conquerimur, &  
colligent dispersas, & reuocabunt fugien-  
tes, & delitescentes eruēt, inq; lucem profe-  
rent, quicunque perfectæ Christianæq; lu-  
risprudentiæ studiosi sunt: sunt autem, ut  
opinor, nunc permulti, & erunt aliquan-  
do fortasse plures. Ut autem quod possunt,  
efficiant, & quod debent, præstent magis  
atque magis, tam magna iustaq; nunc cau-  
sa est, ut cessationi relicitus nullus esse locus

## Epistola

nideatur. Certatim potius & Principes  
huc reuocare suos cōfiliarios, & consiliarij  
suos Principes eodem impellere debeant.  
Olim consularis trabea, palmataq<sup>z</sup> toga,  
qua<sup>e</sup> summis magistratibus dabatur hono-  
ris causa, Constantini effigiem intextam  
habere solebat. Sic enim maiores nostri gra-  
uiter iudicabant, hanc illorum oculis ob-  
seruari semper debere. & tale propterea  
munus potius, quam aut fasces, aut sellam  
curulem, Ausonio suo, consuli designato,  
Gratianus Imp. misit, & misisse se gloria-  
tur. Utinam uero uiuam illam Constanti-  
ni, non corporis, sed animi, & eius qua<sup>e</sup> il-  
lius animo insculpta fuisse uidetur, religio-  
nis atque prudentiae imaginem totam, ali-  
quis oratione exprimere possit: quam &  
Christianis Principibus offerrēt, qui eorum  
de Republica consilijs intersunt, & ipsi  
sibi spectandam sepe proponerent. Euse-  
bius, Epiphanius, Theodoritus, & simi-  
les historie Ecclesiasticae scriptores, ut a-  
lios

## Nuncupatoria.

lios taceam, magnos nobis, multosq; de Constantino commentarios reliquerunt. Sed descriptio etiamnum alia quædam desideratur, quæ coniunctam cum Ecclesiasticis rerum ciuilium rectam constitutionem in Constantini legibus ostendat. tantum abest, ut eorum nostro desiderio satisface-re declamatio possit, qui Constantimum ita nobis depinxere, ut ad fallendum magis laruam aliquam obijcere, quam ad i-mitandum proponere exemplum uerum uoluisse uideantur. Ego itaque, cùm sanio-  
ris Iurisprudentiæ, quæ ad defensionem ueritatis, & salutem Reipub. consilia re-fert sua, studiosus essem, ut esse me profi-teor: feci non inuitus, ut Constantini legi-bus operam aliquam darem, & breuem de ijs commentarium colligerem: neque in eo male possum laborem studiumq; no-strum esse putare. et si eum non ignorarem nullum habere posse orationis aut lumen, aut florem. Nam & uersatur in eorū reco-

## Epistola

gnitione temporum, quæ Latinam iam lingua  
quam plāne contaminarant, & in earum  
recordatione rerum, quæ minime possunt  
(ut ar uerbo Ciceronis) αὐθηροχραφεῖσθαι.  
Verū sit ita sane, ut rudis hæc mea manus  
uix prima Constantini lineamenta ob-  
scure adumbrare possit: si tamē hoc tempo-  
re, quo Constantimum lugemus adhuc mor-  
tuum, sed eius memoria superesse optamus,  
possit uel impolitam ostentare tabulam, in  
qua non quidem illius imagines artificiose  
expressæ sint, sed nobilissimæ saltem Leges  
obscuris notis inscriptæ: officiū hoc meum  
bonis omnibus gratum fore confido. ut gra-  
tissimum Romanis olim fuisse dicitur consi-  
lium illius L. Arruntij, qui, cùm de fu-  
neris Augusti honoribus quereretur, cen-  
suit, Legum ab eo latarum titulos præfer-  
ri debere.

Evidem memini, quod historiae Eccle-  
siasticæ narrant, paulo post Constantini no-  
stri mortem, in urbe Constantinopolitana  
magnam

## Nuncupatoria.

magnam populi commotionem fuisse, cum effodienda essent Constantini ossa: & cum effos̄is cineribus urna, ne imperdentis cuiusdam ruinæ ruderibus obrueretur, alio transferenda. Neque huius unquam historiæ memini, quin cogitem, nunc in tantis orbis terrarum ruinis effodiendas esse longè meliores Constantini reliquias, neque perpetua obliuione sepultas iacere debere: colligendas potius, & ad omnium Gentium populorum que uel memoriam uel usum esse conseruandas. Si uiueret Constantinus, sine magno dolore uidere non posset, Imperium illud suum, omnibus quondam à se politum artis coloribus, tam misere nunc deformatū, totq; maculis turpissimè fœdatū: ut Apelles, si Venerem suam fœdè contaminatam, aut si Protogenes suum lalysum cæno oblitem aspiceret, magnum acciperet dolorem. Quid igitur, si nobilissimum illud Imperium, quod ab extremis Orcadibus, ad ipsam usque In-

## Epistola

diam propagatum, & pulcherrimis undique legibus communatum, moriens reliquerat, in summas nunc angustias redactum: & illud quoque ipsum, quantulum cunque reliquum est, discerptum, disiectum que uideret? Illachrymaesse olim dicitur, cum suam Heduorum ciuitatem afflictam, uexatamq<sup>z</sup> inuisisset. At quibus nunc lachrymis dolorem exhauire suum posset, si uniuersam propè Rempublicam suam, languentem & depositam intuenteretur? Imò uero, quibus eam oculis contueri posset? Sed quibus tamen olim remedijs, cum deploratam primum accepisset, non solum aegram iacentemq<sup>z</sup> recreauit, sed & propè iam mortuam excitauit, & ad felicissimum pulcherrimumq<sup>z</sup> statum reuocauit: iisdem nunc auxilijs, consilijsq<sup>z</sup>, & eius reliquias colligeret, & membra componeret: & quale posset, collectū compositumq<sup>z</sup> corpus confirmaret. Quod uero ille, si uiueret, facturus esset: facere nūc certe debent,

## Nuncupatoria.

re debent, qui hanc ab eo mandatam curam acceperunt: & uero facere possunt, si illius uestigis insistant, & legibus utantur. Experti olim Romani sunt, esse uerissimum, quod postea T. Luius scripsit, ad Remp. amplificandum, uim legum maiorem, quam hominum esse. Experientur non minorem eam adhuc esse, ad horum temporum Rempub. continendam, si, qui huius continenda partes suscepereunt, Constantium ueluti praeuentem sequantur. Sed ut hic religioni uerae operam primum dedit, (ut est hoc sane primum, atque adeo arteissimum Reipublicae vinculum) sic illos in primis dare est necesse. Quod quidem nisi fiat, necesse est, quæ primum causa Imperium Romanum olim dissoluit, eadem ut huius reliquias nunc pessundet. Sed si aliquando, quod speramus, fiat: cum reliqua restituta fortunataq<sup>z</sup> Reipub. bona omnia expectabimus, tum uero audiemus & nos fortasse aliquando illam rursus latissi-

## Epistola

lætissimam profecto Constantini uocem:  
quam ut audiat, iampridem incredibili-  
ter optat noster hic orbis, gemens & suffi-  
rans in suis dissensionibus, sed aliqua tamē  
interdum sp̄e meliori & expectacione arre-  
ctus: illum dico faustū, felicem, salutaremq;  
nunciū, quem ad suos olim Alexandrinos  
Constantinus emisit, iustissima suauissimaq;  
gratulatione perfusum: τὰς Αἰχονίας, τὰς  
Χιονίας, τὰς Βεργέτας, κατὰ τὴν ταῦτα πόλε-  
λουσαν, ἵδη ἀλκηθείας φύννος λαμπρότυς.

Fecit itaq; hæc de Rep. cogitatio, quæ mi-  
hi in meis etiā priuatis studijs persæpe occur-  
rit, maior illa quidē fortasse, quam ut homi-  
ni in scholis educato cōueniat, sed à qua ta-  
men plane alieni eſſe non debeant homines  
priuati, uel si in aliena Rep. uersarētur ho-  
spites alioqui nō curiosi: fecit (inquā) illa, ut  
quicquid illud erat, quod de Constantini le-  
gibus cogitādo collegerā, ad Germanos prin-  
cipes, eorum uero Senatū augustissimū, uere-  
cundū referre nō recusarem. Nam & Ger-  
mani

## Nuncupatoria.

mani olim primi fuerūt, qui Constantiū se  
cere Magnū fuit enim Alemannorum  
Dux Ercus, cuius & consilio & manu  
adiuersus primū in hoc Occidente rerū ille  
potitus est:) & nūc soli sunt, qui eius adhuc  
Imperiū partem aliquā possident: & memo  
riam colunt earum Legū, quibus ille suum  
Imperium nō solum fundauit, sed & cum  
religione cōiunxit, & longè lateq; propaga  
tum cōfirmauit. Sed ut audientiam ille ali  
quam in his rerū motib. impetrare possit,  
& eius Leges quodā ueluti postlimino locū  
aliquando suū recuperēt: te in primis appell  
andum esse F R I D E R I C E Princeps illust.  
existimauit: quē & huius Imperij, quod ille  
constituit atq; amplificauit, electore Princi  
pem, custodemq; & Iuris, cuius assertor il  
le acerrimus fuit, assiduum uindicem, &  
Legum, quib. Rempub. suam communij,  
iustissimum defenforem esse agnosco: ac ea  
quidem non solū sapientia, sed & autori  
tate præditū, qua nō potest nō esse prædictus  
ta'is

Epistola.

talis tantusq<sub>3</sub> Princeps, qui cum etatis nūc  
suæ annum septuagesimum quartum a-  
gat, maximam eius etatis partem in hu-  
iis Imperij grauissimis negotijs gerendis,  
difficultatibus explicandis, consilijs regen-  
dendis, maxima cum laude consumpsit: ne  
priuatas nunc omissam, quas alio tempo-  
re proficebor, causas, quibus ego tibi deuin-  
etus, officium hoc me tua amplitudini non  
minus quam Reipub. debere profecto sen-  
tio. quod etiam, ut debedo, sentire me, proli-  
xius istic ( si opus sit ) confirmabunt duo  
obseruantiae erga te meæ testes, sponsoresq<sub>3</sub>  
uiri clariss. Christophorus Probus & Ar-  
noldus Opsopœus: in quorum ego testimo-  
nio atq<sub>3</sub> fide iuſſione facile acquiesco, quod  
& tu ijs tantum fidei habeas, ut optimis  
maximisq<sub>3</sub> tuis consilijs eos non tantum  
interesse, sed etiam præſeſſe uelis.

Vale. Argentorati, Ca-  
lend. Febr.

LECTOR

LECTORI.

**E**t si nunc non institui aut Constantini uitam conscribere, aut eius generis historiam aliquam edere: tamen ut id quod nunc instituo, planius intelligatur, breuiter hic notabo nostri Legislatoris etatē, genus, & cognationē. Constat in Britannia natū, & primum salutatura Imperatorem Rom. fuisse. Vnde & illa uetus & solentis olim acclamatio: O fortunata & omnibus terris felicior Britannia, quæ Constantinum prima uidisti. Salutatus autem est Imperator uigesimoquinto die Iunij: & trigesima post annis Nicomediae mortuus est, xxi Calend. Iun. Anno Christi CCCCXLII, ætatis uero suæ sexto & sexagesimo. Mortem eius denunciauit tristissimus inuisitatem magnitudinis cometes, ut testis est Entropius: sicuti & Theodosius paulo ante quam moreretur, cometem, tristes orbi terrarum renebras portendentem, uidit. Ac prædixit quidem Ambrosius, mortuo Theodosio ruituram monarchiam Romanam. Sed eius ruinæ magnam iam antea partem traxerat mors nosiri Constantini. Patrem habuit Constantium Chlorum, qui Britanniam magna cum laude regebat, ut Eusebius ostendit. Matrem uero Helenam: cuius pietatem reliquasq; uirtutes ualde prædicat Ambrosius. Vtrumq; igitur parentem habuit religiosum: quod non in postrema felicitatis parte ponendum est. Est & uetus illud satis notum, Fortes creantur fortibus. Duxit postea Constantius Theodoram: ex qua suscepit Anaballianum, Constantium, Constantem, & Constan-

P R A E F A T I O.

Constantiam. Hæc Constantia, Constantini nostri soror consanguinea, nupsit Licinio, qui cum ipso etiam Constantino imperauit : barbarus profecto, & impius optimi principis collega. Constantius, nostri Constantini frater consanguineus, ex Galla Gallum, & deinde ex Basilina Julianum suscepit. Gallus & Julianus Constantinum nostrum, quem patruum habebant, etiam sacerorum habuere : & tanto propterea magis ad Imperium aspirauere. Sed infelix Constantinus, qui tam degeneres non solum fratris filios, sed & generos habuit. Fratris Anaballiani filium Dalmatium, dilexit ut suum, & cum filijs suis hæredem esse Imperij uoluit. Ipse ex Mineruia Crispum primum suscepit : deinde uxorem duxit Faustum, Maximiani Herculij Imp. filiam. Sed saceri crudelis impietas, pium religiosumq; generum corrumpere non potuit. Ex Fausta suscepit filias duas : Constantiam, quæ Gallo : & Helenam, quæ Iuliano patrueli suo nupsit. Filios uero tres, Constantinum, Constantium & Constantem: quos & hæredes reliquit.

# ILLVSTRISS. PRIN.

OTTHONI HENRICO COM. PA=  
lat. Rh. Du. Bauar. S. Ro. Imp.  
Archidap. ac Principi Electori

Fran. Balduinus S.



Vem ego Constanti-  
num Friderico Pa=   
tru o tuo Principi no=   
biliss. si hodie uiueret,  
ut illi inscriptus erat, offerrem, eum  
nunc tibi Princeps optime, ut offe=   
ram, multis de causis adducor. Nō  
enim solum, quibus ille me nomi=   
nibus obstrinxerat, ijsdem ego me  
tibi obligatum esse sentio: sed etiam  
quod illi promissum debitum c̄p̄ fu=   
it, hæredi iam tibi persoluendum  
esse agnosco, hæredi præsertim,  
quem Constantinus, si uiueret, su=

A um

## EPISTOLA

um esse uellet, & cui suas nunc reli  
quias mortuus cōmendat: ut quod  
illius fuit, tuum nunc esse debere  
magis intelligas. Ergo & is ad te  
properat, ut huius tui noui Prin  
cipatus, atq; in Imperij sui VII VIR;  
summæ dignitatis auspicijs præsit,  
inaugurationi præeat, & tibi pro  
pterea sibi q; & communi denique  
Imperio gratulatus, magis atq; ma  
gis sese ad te, & te simul ad se appli  
cet, suaque tecum de Religionis &  
Reipub. constitutione consilia con  
ferat atq; communicet: quæ qui  
dem & tua iam fore confido, ut Pa  
trui illius tui præclarum de Heidel  
bergensis Academiæ amplificatio  
ne institutum nunc quoque tuum  
esse scio. Quo magis & te cum eo,  
quem patris loco semper coluisti,

in

N V N C V P A T.

in huius Libelli inscriptione recte  
coniungi, & eadem appellatione  
conditioneue Constantini Leges  
ad te non inepte referri existimauit;  
eas præsertim, quæ & si ad te non  
referrentur, nec huius Imperij es-  
sent, ut sunt: tamen propter Reli-  
gionis & sapientiæ memoriam fa-  
miliares habere, et eas colere, tibi cę  
præscriptas præferri nunc uelles, ut  
si eam Reipub. quam expresserunt  
effigiem, sed quæ iam uetustate ex-  
oleuit, atcę adeo euauit, ijsdem,  
quibus fuerat, coloribus hæc ætas  
non possit renouare: at tu certe ex-  
tremæ eius saltæ lineamenta, quæ  
supersunt, quantum possis, conser-  
ues.

Vale, Argent. Non.

Martij. 1556.

TRAQSO 778  
532561 (verso) 532561 532561  
532561 532561 532561 532561  
532561 532561 532561 532561  
532561 532561 532561 532561  
532561 532561 532561 532561  
532561 532561 532561 532561

DE LEGIBVS CON-  
STANTINI MAGNI  
Commentariorum liber  
primus.



rum Ecclesiam tandem suam Deus ex impiorum tyranni de, quam multis, ac prope trecentis post CHRISTVM annis, acerbissime fuerat uexata, liberare uellet: & uero iam regnante, florentemque noua etiam hac gloria cumulare, ut eise Romanū imperiu, superbosq; suos fasces summitteret: fortissimum principem excitauit CONSTANTINVM, non ut alterum modo Cyrus, sed etiam ut Nehemiam alterum: qui & illam barbara seruitute oppressam in libertatem assereret, & seruatam liberaret, & colligeret dispersam, & afflictam recrearet, & aliquando denique coalescentem magis atq; magis constitueret atque formaret. Pollicitus olim fuerat Ie-

a saias,

De Legibus Const. M.

saias, fore, ut & Reges aliquando nutritijs essent Ecclesiae, cuius alioqui non solum homines, sed etiam carnifices atque parricidae sepe fuerant: & haec illorum ueluti manmis aleretur, quorum crudeles antea manus toties senserat: illiq<sup>u</sup> huius cum lumen, tanquam praelatam facem, sequentur, tum uero mœnia extruerent, atq<sup>u</sup> propugnacula. Nihil dici suauius, nihil incundius potest.

Ambros.  
epist. 32. Neq<sup>u</sup> Ambrosio repugno, huius oraculi uim ad suum Valentinianum referenti, eiq<sup>u</sup> hanc gloriam tribuēti: quem & Ecclesiae filium uerè esse, & honoris causa merito uocari ait. Sed priorē in hoc genere esse Constantinum, facile opinor ipse quoq<sup>u</sup> Ambrosius assentietur: cui quidem Constantino etiam tribui posse, quod Iesaias de Cyro scripsit, omnes boni & agnoscunt & lubenter fatentur. Neq<sup>u</sup> uero nūc moror seditionis illos Donatianos, homines amentes, atq<sup>u</sup> etiam fanaticos, qui Constantini & gloria & uirtuti inuidentes, Ecclesiam

Comment. Lib. I.

3

cl<sup>esi</sup>siam C H R I S T I, Principum opera sub  
fidiō ueuti non debere, & his cum illa ni-  
hil rei eſe, neque illi cum his quicquā eſſe  
debere, contenderunt. Cum hæ primū ſi-  
ue ineptiæ, ſuſe calūniæ ſparsæ eſſent: tam  
ſunt grauiter & repreſſæ & refutatæ ab  
Augustino, ut noſtra nunc in eo genere August. II.  
minimè ſit neceſſaria oratio: Dicere ſo 3. contra  
lebat, ut accepimus, Conſtantinus, Imperiū Crescon.  
fato dari: eum uero cui datum fuerit, ope- & epift. 48.  
ram dare debere, ut imperio dignus fuſſe & 50.  
uideatur. Sed talem tantamq<sub>z</sub> Sparta, Lamprid.  
qua<sup>e</sup> Dei beneficio atq<sub>z</sub> prouidentia obtige  
rit, nemo pro dignitate tuer iatque ornare  
poterit: neq<sub>z</sub> quod ea dignum eſt, quodq<sub>z</sub> e- in Heliog.  
tiam omnino requiritur, præſtare, niſi ſi to  
tam in primis Rempub. (qua<sup>e</sup> ſine religio-  
ne, latrocinium eſt potius quam Republi-  
ca) ſic conſtituerit, ut etiam ad eum religi-  
onis, ad quem referri debet, finem relata eſ-  
ſe uideatur. Atq<sub>z</sub> hoc quidem ſentire,  
Reges præſertim, rarae cuiusdam ſapienſiæ

a. 3 eſt:

est: præstare, singularis & fortitudinis, & felicitatis: & sentire uero, & præstare, perfectæ cuiusdam cumulatæq; uirtutis.

Dixit aliquando M. Tullius, Reipub. bene constituta & fundamenta atq; membra, que tuenda uiris principibus, & uel capitis periculo defendenda sint, esse hæc: Religiones, potestates magistratum, leges, iudicia, iurisdictionem, fidem, rem militarem, ærarium. Harumq; rerum tot & tantarum esse defensorem atq; patronum, magni esse animi, magni ingenij, magnaq; constatia: Sed toto eo in genere, Constantini magnitudinem, qualis quantaq; sit, minimè profecto intelliget homo prophanus: qui, quid uera religio sit, ignorat. Pij homines intelligere possunt, atq; etiam recte iudicare, quantum Constantino tribuendum sit: qui in religione in primis diligenda, quā & sequetur ipse, & suū populum sequi uellet, non errarit: in eaq; tuenda atq; defendenda, nullis laboribus, periculis nullis, nullis difficultatibus

Commeſit Lib. I.

5

tibus cesserit. Recte itaq;<sub>3</sub> Lactantius Fir  
mianus, scribēs ad eum suas religionis Chri  
stianæ Institutiones, magna cū leticia &  
gratulatione exclamat: Hunc primum Ro  
manorum principum, repudiatis errorib.  
maiestatem Dei singularis atq; ueri & co  
gnouisse, & honorasse: salutaremq; suum  
uniuersis & optabilem principatum præ  
clarè auspiciatum eſſe, cum euersam subla  
tamq; iusticiam reducens, teterrimum a  
liorum facinus expiavit. Ntito nūc alios,  
qui complures eo tempore fuerunt, dignos  
tamen profecto qui audiantur, huius Con  
stantinianæ uirtutis præcones. Sed quò e  
tiam magis hanc admiremur, atq; etiam  
laudemus, eūdem illum rursus audiamus,  
eloquētem profecto, grauemq; scriptorem:  
ex quo intelligi satis potest, quantæ molis  
erat, & moliri & efficere, quod nō aggres  
sus modo est, sed perfecit etiam Constanti  
nus. Sribit enim ille, de religione Christi  
ana loquens: Huius religionis eo tempore

Ex Lactā.  
lib. I. cap. I.  
& lib. 5. ca.  
I. & lib. 2.  
ca. 20. &c 7.

## 6 De Legib. Conſt. M.

ueritatem contemptui doctis fuisse, odio in-  
doctis. Omnes obſtrepuſſe atq; interceſſi-  
ſe, ne eam ſonantem audirent: oculosq; e-  
tiam ſuos oppreſſiſe, ne lumen quod offere  
batur, uiderent. Deinde oppreſſam illam  
fuiſſe non modo multitudine, & propè cō-  
ſensu omnium Gentium: ſed & authorita-  
te prætantium omni genere laudis uiro-  
rū. Cumq; ſublata diſceptatione, ui gerere  
tur res, multiq; innocentes homines crude-  
liſſimè interficerentur: Rhetores interea  
& philoſophos tempori ſeruientes, laudas-  
ſe hanc (ſic enim loquebantur) pietatem  
atq; prudentiam ſuorum principum, qui  
cohibita impia & anili ſuperſtitione, reli-  
giones Deorum tuerentur. Declamaffe e-  
tiam in Pertinacem & iſanam (ut appel-  
labant) obſtinationem Christianorum.  
Poſtremò in hoc errore orbem totum fuiſſe,  
ut bonos & iuſtos uiros, tanquam ma-  
los & impios, perſequerentur. Placuiſſe  
uero ualde gentium ſuperſtitiones: & ex-  
hoc

hoc solo probatas uerasq; uifas esse, quod  
eas ueteres tradidissent: tantamq; tunc fu-  
isse huius ueritatis autoritatem, ut inqui-  
rere in eam, scelus esse duceretur.

In ea temporum intemperie, eoq; rerū  
statu, quem grauissimi scriptoris, cuius te-  
stimonium, in hac re præsertim, grauissi-  
mum est, uerbis descripsi, instituere, atque  
etiam perficere, quod & instituit & perfe-  
cit Constantinus, cuius uirtutis esse dice-  
mus? Sed uoluit in eo Deus illustre ali-  
quod exemplum edere, quod & posterita  
rem, & Principes & Magistratus, sui of-  
ficij admoneret: nulla aut ui aut multitu-  
dine hostium percelli, nulla uel difficultate  
frangi, uel molestia debilitari, nullo deniq;  
periculo deterreri eos debere, qui uel Ec-  
clesiæ instaurandæ, uel religionis propagan-  
dæ curam suscipiunt. Id uero multo etiam  
magis dicemus, si quales habuerit Constan-  
tinus & collegas, & Imperij socios, reputa-  
mus: uiros certè acerrimos, qui cum poten-

3 De Legib. Const. M.

ria & armis instructi, tūm uero immāni  
quodam odio C H R I S T I inflammati e-  
rant. At erant fortassis Ecclesiarum  
paſsim antistites, qui & ſe ijs fortiter oppo-  
nerent, & omni labore leuarent Constanti-  
num. Utinam fuiffent. Utinam laboran-  
tem, non dico adiuuaffent, ſaltem non in-  
terturbaffent. Diu multumq; luctatus eſt  
cum Maxentio atq; Licinio. Sed grauiorē  
illi fuiffe luctam, maioremq; molestiā cum  
multis Episcopis, cumq; eorū uel diſidijs,  
uel factionibus, uel ambitione, quis nescit?  
Cerīe offensum eorum uitijs & intolerabi-  
li malitia magnū eo tempore uirum Au-  
dium, diſceſſionem ab Ecclesia feciſſe, mul-  
tosq; homines alioqui non malos propterea  
eum ſecutos eſſe, cum mores non ferrent eo  
rum, quorum alioqui doctrinam non im-  
probabant, Epiphanius ſcribit. Sed tan-  
to eſt Conſtantini magis laudanda conſtan-  
tia, quod nulla eum huius generis offensio,  
neq; currentē retardauit, neq; de uia trans-  
uerſum

## Comment. Lib. I.

9

uersum agere, neque de sua statione potuit dimouere. Mitto turbas eorum temporum, atque tempestates. Sed hæreticorum etiam præstigijs atq; insidijs, quales tunc erant, non capi: non ne rarae cuiusdam fuit, & singularis, & uero diuinæ magis quam humanæ cautionis? Neque uero ab omni peccato nunc libero Constantinum. Hominem fuisse scio. Scio etiam nonnullis & uitijs, & erroribus fuisse obnoxium. Sed neq; hominis ineptias, si quæ sunt, ut sunt, excusare uelim: neque eos, qui uelint, imitari. Verum priuata illa nunc omitto. Quibus uero legibus Ecclesiæ ordinem atque formam communierit (quod nunc querimus) breuiter uideamus. Vixto sublattoq; Maxentio tyranno, statim animum adiecit ad Ecclesiæ reliquias colligendas, & Reipub. Christianæ, cuius miserabiles intuebatur ruinas, instituendam nouam instaurationem: disiecta Ethnicae idolatriæ, quam regnare uidebat, & arce &

a 5 gloria.

gloria. Prima igitur eius lex, quam etiam  
in Orientem ad ipsum eius gubernatorem  
Maximinū misit, fuit: Ut relictis idolis,  
uerus Deus coleretur, & agnosceretur  
*CHRISTVS* humani generis liberator.  
Si confuse tantum edixisset, colendum esse  
uerum Deum: parum profuisset edictum:  
Nam & profani legislatores non dissimi-  
lem legem saepe ediderunt: ut certè omniū  
propè hominum animis insculpta est huius  
generis aliqua tanquam thesis. Sed piam  
adiecit Constantinus, explicatamq<sup>u</sup><sub>3</sub> hypo-  
thesim, ut palam intelligeretur, quis nam  
ille Deus esset, & quare ratione colendus: ea  
nemperatione, quam uerbo ipse suo præ-  
scripsit. Legatur uel ea sola inuocandi Dei  
formula, quam ueluti præscriptis uerbis re-  
ligiose conceptam, suis militibus commen-  
dauit Constantinus: & libro sequenti com-  
memorabo. Nemo profecto dubitat,  
quini si in ipsis etiam castris, tam & pure  
Deum coli, & pie inuocari (qui præcipuus  
est cub-

est cultus) uoluerit: in media Ecclesia eādem & uocem sonare, & religionis specie apparere, multo etiam magis iussorū: & cum alias hominum (ut appellantur) ἐθελογουσίας faceſſere, tum uero ad unius Dei præscriptum totam & religionē & religionis simplicem formam componi. Hanc enim obedientiam esse uera religio- nis ueluti matrem, audiebat. Denique per fecit in toto terrarum orbe, quod nonnullis in locis pīe inchoatum esse uidebatur.

Meminerat iam olim in sua Britānia hoc egisse Lucium regem. Patrem suum Con ſtantium uiderat eodem loco idem uoluif- fe: Galeriumq; etiam ipsum impuliffe, ut ediceret, omnibus impunē esse licere Chri- ſtianis. Sed restamen in eo adhuc esse sta- tu intelligebat, ut nihil dum actum esse ui- deretur: & in ipſa quoq; Britannia, idolo- rum cultum ſanguine adhuc piorum san- ciri uidebat. Opus itaq; esse longè alijs edi- ctiſ, grauiter iudicauit religiosus Princeps.

Iudeo-

Iudeorum synagogas non disiecit: multasq;  
causas, cur id non faceret, habuit. Sed neq;  
ab ijs quenquam iniuitum abduxit. Cauit  
tamen diligenter, ne quam is iniuriam pa-  
teretur, qui ijs relictis, Ecclesiæ CHRISTI  
adiungere se uellet. Erat eo tempore tanta  
Iudæorū audacia, tamq; immanis furor,  
ut si quis ex eorum castis ad Christiano-  
rum cætum transire uoluisset, non modo  
uiam illi obstruerent, sed hominem etiam  
saxis, si possent, obruerent. Id uero ne ten-  
tare amplius auderent, Constantinus seue  
riſima, ut oportuit, lege, quæ etiamnum  
l.2. C. de  
Iud. & cœ- extat, cavit. Sed & cum suam illi nescio  
lie.  
quam Rempub. Hierosolymis instaurare,  
suumq; iterum templum erigere aduersus  
principum mandata conarentur: minimè  
aut ijs indulſit, aut eorum conatus longius  
progredi passus est: imò uero tanquam re-  
Chrysost. os perduellionis, acerrimè, ut debuit, casti  
orat. secun gavit. Nam Chrysostomus narrat, disiectis  
da contra Iud. eorum operibus, non modo architectis ipsis  
atq;

atq; fabris, sed & reliqua turbæ conspiran-  
ti inuississe infamia perpetuā notam: auri-  
busq; præcisis, & corpore mutilato, tan-  
quam fugitiua mancipia ad ludibriū cir-  
cunduxisse, ut hoc exemplo alijs deterrere  
tur. Neq; sanè regnum C H R I S T I, ut in-  
stituerat, constituere poterat, nisi si acerri-  
mos eius hostes aliquo modo repressisset.  
neque enim quicquam erat Ecclesiæ aut  
inimicum magis, aut magis infestū, quam  
Iudaorum templum. Quod autem ad  
Gentiū delubra, & illa idolorum fana per-  
tinet: Constantinus omnia quidē neq; dis-  
iecit, neq; funditus euertit: sed ita saltem  
obstruxit, ut nemini ad sacrificandum pa-  
terent. Sic enim idololatriā illam tolli pos-  
se existimauit. Sed re paulo post ipsa com-  
pertum est, Reipub. interesse, nullum il-  
lius idololatriæ instrumentum relinqui:  
nullas usquam reliquias, nullum ne locū  
quidem, superficiem deniq; nullam super-  
esse. Certe Julianus templa illa, quorū tan-  
tum

tum obstructæ fores erant, paulo post iterū  
aperuit, & ad ueterem suum idololatriæ  
usum facile renouauit. Quo deinde pericu-  
lo prudentior factus Theodosius, funditus il-  
la diruere conatus est. Sed totum ex orbe  
terrarum paganismum, qui tam altas ra-  
dices egerat, statim extirpare, atq[ue] penitus  
exterminare, difficile fuit. Et fuerunt etiā  
fortassis in hoc genere nimium lenti atque  
molles Christiani Cæsares. Certe Romæ mā-  
sisse multis post Constantinum annis non  
solum uestigia, sed etiam multas ethnicae i-  
dololatriæ & aedes & aras & ceremonias,  
primumq[ue] ab ipsis tandem Gothis planè sub-  
latas esse, non ignorant, qui ueteres histo-  
rias tenent. Atque utinam Romani illi  
principes, qui pietatis studiosi erant, sem-  
per etiam cogitassent, quid historia sacra  
pronunciat de illis Iudeorum bonis alioqui  
Regibus, qui idolorum facella in excelsis  
montibus & lucis extructa non disuceret,  
cum quidem religionis instaurādæ curam  
susce-

suscepissent. Cum Constantinus rerum potiri cœpit, tāta erat rerum omnium & disiectio & confusio & dissipatio, ut qui aliquem uel religionis uel iuris ordinem formamue rebus humanis restituere uellet, immensum quoddam chaos, quod euolueret, sibi propositum eſe uideret. Aggre-diendum tamen fuit. In primis itaque pacem & libertatem Christianis, & quas impius antea fiscus eripuerat, facultates, dominis restituit, ius ut cuique suum redde retur. Cicero inquit, ius semper hoc fuis Philip. se-  
ſe, ut quæ tyranni eripuissent, ea tyrannis cunda.  
interfectis, iij quibus erepta eſsent, recupe-rarent. Id uero multo etiam iustius eſe in ea, de qua nunc loquimur, causa, sapienter intelligebat Constantinus. Ocum præ-rear & quietem Ecclesiæ reddidit, ut aliqua saltē eſset tot tantarumqb ærumna-rum, quæ tam multis iam annis pios ho-mines preſſerant, uel leuatio, uel intermis-sio. Coalescenti Ecclesiæ templa publicis  
etiam

etiam sumptibus extrui, edicto præcepit.  
Erant enim ad colligendos pios cœtus ne-  
cessaria. Non excuso, si sumptuosior  
fuit, ut fortasse fuit, & profusior in hoc ge-  
nere, talium substrictionum superbo splen-  
dore, & superfluo ornatu, uel potius luxu-  
nimium fortasse delectatus. Sed accusandi  
potius Episcopi, qui liberalem principem  
non modo non admonebant, quem in hoc  
genere modū seruare oportet, sed etiam  
immodicam ea in re profusionē laudabāt.

Si quis illa quæ dixi Constantini edi-  
cta requirat, quibus & populum Christia-  
num libertate donat, & ad ueri Dei pu-  
rum cultum inuitat: extant apud Euse-  
biūm, multis illa uerbis tā religiose descri-  
pta, ut Ecclesiasticæ conciones esse uidean-  
tur. Quibus adiungi etiam poterunt, eius-  
dem Principis ad regem Persarum literæ  
pro Christianis deprecatrices. Quām longè  
lateq[ue] patebat Romanum imperium, eos  
omni & periculo & metu liberarat: &  
pro-

Comment. Lib. I. 17

prodies ex insulis suis Britanicis, nō modo totam Europam ad ipsum usque Byzan-  
tium, extinctis omnibus & tyrannidis &  
sæuitiæ reliquijs, beneficium hoc suum cir-  
cumtulerat: sed & Africam totam, &  
Aegyptū, & Syriā, & Asiam, eadē cle-  
metia recrearat. Deniq; ipsam quoq; Indi-  
am, ut Christiana esse uellet, permouerat.  
Sed & cū audiret, in Perside quosdā ad-  
huc Christianos ab eius regionis barbaro ty-  
ranno crudeliter affligi: nihil non fecit, ut  
ijs opicularetur, & saeum illum siue Re-  
gem siue satrapam, ad aliquam uel pietä-  
tem flecteret, uel humanitatē reuocaret.  
Quid multis? curam hanc suam protulit  
ad extremos usque fines orbis terrarum.

Ac ne forte edicta, quæ in hosce uissus ede-  
ret, aut ludicra aut inania essent, (sicut  
plerunq; accidit, ut piorum principum uo-  
luntatem astutè eludant, qui eius se mini-  
stros improbè fingunt) curauit etiam in  
primis, ut Reipub. administrandæ, & iudi-

88 De Legib. Const. M.

cis regendis, & prouinciarum gubernationi præficerentur Magistratus, qui & uir boni essent, & uera pietate imbuti. Neque sane alioqui satis aut Ecclesiæ defendendæ, aut religioni propagandæ prospexisset. Quid? Audiebat etiam, legem à tyranne Rom. esse latam, ut Christiani ab omnibus publicis honoribus arceretur: Reipub. uero ijdem præsent, qui eorum hostes erant, quicunque alioqui tandem essent. Nam & Iudei admittebantur. Sustulit igitur hanc quoq; tyrannidem atque barbariem: quod in primis etiam erat neces-

Theodor. Certe Theodoritus narrat, nihil illi suis  
lib. i. Hist. ecclesiast. se antiquius, quam uiros pietate insignes,  
& doctrina quoque Christiana instructos,  
& uero Ecclesiæ amantes, publicis præfere muneribus: neque paßum esse, ut alijs  
Rempub. regerent, quam qui suam potestatem ad religionis quoq; defensionem conserrent.

Quod ad ipsius uero Ecclesiæ ministros  
attinet,

attinet, eorum ordinem iam antea bene cōstitutum, multis beneficijs & priuilegijs auxit, ornauitq; <sup>b</sup>cōuelli uero, aut mutari, aut in aliam temerē formam conuerti passus non est. Metropolitas, qui singularum prouinciarum Episcopis ueluti præsent, creari, eorumq; fines describi: & quod in hoc genere ad ordinem & disciplinam Ecclesiæ utile uidebatur, constitui ex Niceni sui concilij sententia uoluit. Erat enim hi & gradus & ordines, ad Ecclesiasticam tanquam politiam conseruandam necessarij: præsertim temporibus illis, quibus Ecclesia longè lateq; <sup>b</sup>diffusa, talibus uinculis constringenda, & tanquam certis Præfecturis continenda erat. Ceterū ex ueteri alioqui Ecclesiæ ordine nihil immutauit. Habebant iam inde ab Apostolorum temporibus singulæ Ecclesiæ quosdam ex presbyterorum collegio delectos, tanquam morum censores: qui disciplinam Ecclesiasticam regerent, atq; tuerentur. Hanc cen-

suram, hunc senatum, hanc aristocratiā  
 probauit: atque etiam ueterem ei suam re-  
 liquit sive potestatem, sive iurisdictionem.  
 Nam neque hæc corporalis (ut ita loquar)  
 erat, neque quicquam cum magistratuū  
 ciuili potestate uel imperio, & iure gladij,  
 forensibusq; iudicis habebat cōmune. Ma-  
 gistratibus enim atque præsidib. potestate  
 sua, suos carceres, pœnas, multas, animad-  
 uersiones illa relinquebat. Neq; sane pas-  
 sus alioqui Cōstantinus eſset, neq; patidebu-  
 ifset, quæ ciuiliū magistratuū ſunt, ab E-  
 piscopis occupari: aut ciuiles Ecclesiati-  
 casq; functiones, quæ discernendæ ſunt, con-  
 fundi atq; permifceri. Imò uero ſingulorum  
 munerum fines regundi ſunt: neq; hi termi-  
 ni mouendi. Quæ fuerit olim Epifcoporū,  
 Presbyterorum, Diaconorū notio, functi-  
 oq;, ſatis, ut opinor, nōtum eſt. Neq; in eo-  
 rum institutione quicquam eſt, quod Con-  
 ſtantino acceptum feramus. Sed adiuncti  
 ali præterea quidam deinde fuerunt.

Epiph-

Epiphanius recensens ueteris Ecclesiae  
ministeria, eorumque ordinem, etiam come-  
morat uox iactas: quorum munus & offi-  
ciū fuit, mortuorū corpora obuoluere, ef-  
ferre, atque sepelire. Hos autem fuisse ab  
Constantino institutos, inque, ordine & nu-  
mero clericorum habitos, significat quæ-  
dam filiorum Constantini constitutio, quæ  
extat lib. xvi Codicis Theodos. Et eorum  
quoque Justinianus meminit Nouel. consti-  
tut. L I X: iusque totam funerum & exequia-  
rum procurationem mandatam esse, ( cuius-  
ram profectio & laboriosam & grauem )  
traditum est. Habant ueteres Romani  
ad rem funerariam designatores cum li-  
ctoribus atris, & pollinctores, & uespillo-  
nes, quorum in Pandectis freques est men-  
tio, & reliqua huius generis turbam Libi-  
tinariam. Christiani Principes huiusc rei  
curam neque abiecerunt, neque abijcere de-  
buerunt. Sepulturæ certe magnam sem-  
per curam & rationem habuit Ecclesia,

quæ corporum resurrectionem docet. Ut autē illa hoc onus sustinere facilius posset, sine cuiusquam priuato sumptu: Constantinus suo fisco detraxit, quod illi impēderetur. Instituit, ut Constantinopoli essent nōgentæ & quinquaginta officinæ ab omnibus uectigalibus liberae & immunes, quæ & alerent, & ad rem funerariā suppeditarent lecticarios. Hi in decurias distincti erant: & appellabātur propterea Decani, qui singulis illis tāquā collegijs præcerāt: & ut gratuitæ essent sepulturæ præstabāt. Paulo post mortem Constantini, imperatō Iuliano, conatus est quidam Georgius Arrianorum Alexandrinus episcopus, euertere quod instituerat Constantinus. nam & nouas certo numero lecticas efferendis cadauerib. in rem suā confinxit: neq<sup>z</sup> gratuum earū usum esse patiebatur: sed nescio quem inde faciebat quaestum (ò impudentem publicanū, qui à mortuis quoq<sup>z</sup> tributū exigebat) & si quis aliter cadauer extulisset, sepelisset uel multa-

multabat. Verum repressa, ut merebatur, fuit impij huius antistituis & auaritia & tyrannis: & quod honestissime institutum ab Constantino fuerat, non modo ab Honorio Arcadioq; mpp. confirmatū est, sed etiam auctum ab Anastasio. Non cōmemoro ueteres illos, cūm saepe repetitos, cum uero etiam saepius contemptos, & sacerdotum auaritia conuulsos atq; elusos cānones, de gratuita sepultura. Non enim hoc loco possum à Constantini aetate lōgius euagari.

Ut ad Diaconos reuertar, quibus concreda erat aerarij Ecclesiastici, quo pauperes alerentur, administratio, cōstat iam temporibus Constantini difficile fuisse hāc procurationem: quod & prouentus in dies crescerent, cresceret & pauperum numerus: multi autem fuci essent, & reuera οληγοι (ut olim appellabantur, fauorum pestes in aluearibus) multi quoq; depeculatores: denique magna multorum fraudes.

Itaq<sub>3</sub> magna cautione opus fuit, ut iusta ser  
uaretur harum facultatum dispensatio.  
Nam & Episcopi coadi sunt eam quoq<sub>3</sub>  
rem ad suam propterea curam reuocare:  
& cerii delecti & economi sunt, qui id quoq<sub>3</sub>  
unum agerent. Neq<sub>3</sub> Constantinus quic-  
quam omisit, quod quidem prudenter in  
hoc genere ab homine sapienti prouideri  
posset. Multi iam tum, ut & immunes  
essent, & Ecclesiae sumptibus alerentur,  
astute se clericorum collegio adiungebant:  
& multorum ambitione plerunq<sub>3</sub> fiebat,  
ut in defunctorum locum diuites potius  
quam pauperes allegarentur. Sed Constan-  
tinus edixit, ne uel Decurio, uel ex Decu-  
rione progenitus, uel etiam patrimonio in-  
structus, atq<sub>3</sub> obeundis publicis muneribus  
idoneus, in defuncti clerici locum coopte-  
tur. & addit insignem hanc sententiam:  
"Opulentos subire publicas necessitates o-  
portet: pauperes Ecclesiarum diuitys su-  
stentari. Itaq<sub>3</sub> & lex Valentiniani uetus,

plebe-

plebeios diuites ab Ecclesia suscipi. Sed & ipse eodem tempore Hieronymus, scribens ad Damasum episcopum Romanum, grauiissime monuit, non alios clericos stipendys & sumptu Ecclesiae ali debere, quam qui bus decesserat patrimonium: neque aliunde, unde se sustentarent, ijs suppeteret. Pronuntiat deniq<sup>u</sup> sacrilegium esse, si, quod pauperum est, ijs accipient, qui aut suis aut parentum opibus ali possunt. Sed non dissimulat etiam, multos iam tum hæc fulmina contempsisse. Nam scribens ad Rusticū Narbonensem episcopum, Episcopos accusat, qui, quod commune Ecclesie erat, inuaderent, inq<sup>u</sup> suos priuatim usus conuerterent. Conqueritur, infelicem clericum in plateis mendicare: Episcopum solum incubare bonis. Sed hoc sacrilegium, hunc peculatum detestemur. interea Constantini laudemus liberalitatem. Neq<sup>u</sup> uero fabulosam illam eius donationem, quam impudetissimi quidam nugatores, qui Romano ponti-

fici assentantur, confinxerant, nunc attin-  
gam. Scio enim tam uanam, tamqz puti-  
dam esse fabulam, & tam abhorrentem  
ab omni specie ueri, ut eius me pudeat me-  
minisse; tanum abest, ut refutatione di-  
gnam esse putem. Saltē si omnes de Con-  
stantino eiusqz temporibus ueteres histo-  
rias extinctas esse putabant, cogitassent  
huic suo commento minimè cōuenire, qua  
paulo post Constantinum cōsecuta esse om-  
nes legunt. Certe Constantini & filius &  
h̄eres Constantius, tam ualde fuit urbis  
quoque Romanae dominus, ut non modo  
praejectum in ea suum Leontium habue-  
rit: sed ipsum etiā Liberum episcopū Ro-  
manum, suo quodam iure usus eiecerit.  
Quid? Ediderat non modo de donationib.  
in officiosis, sed & de alia donatione reuo-  
canda, si liberos postea suscepereit donator.

I. si unquā. Hac sua saltē ipse quoqz uti profecto  
C. de re- potuisset. Sed tam habuit prudentem pa-  
uoc. do- nat. trem, ut hoc subsidio non habuerit opus.  
Neqz

Neque tamen, qui non modo inofficiosam,  
sed & prodigiosam illā, de qua loquimur,  
donationem configūt, soli Constantino in-  
iuriam faciunt, quem propè amentem &  
fatuum fuisse, ea, si uera esset, conuinceret:  
sed & Francis illis principibus, quibus ac-  
ceptum non ferunt, quod ab ijs acceperūt.  
Verūm quid dispuo? Hos falsi reos, nō di-  
sputatio, sed lex Cornelia castigare debet.  
Nos uero, quod & uerum esse scimus, &  
uera laude dignum, in nostro Constantino  
laudemus. Laudat historia sacra regem  
Ezechiam, quod bonis sacerdotibus atque  
Leuitis liberaliter salario persolui curarit.  
Detestantur omnes boni Julianum, qui  
Ecclesiam spoliauit, Constantinique illi bene-  
ficia eripuit: neque modo clericis uictum de-  
negauit, sed & à pauperibus uiduis, quod  
iam perceperant, repetiit: imitatus auun-  
culum illum suum, qui ecclesiam Antio-  
chenam, ut eius spolijs suum fiscum locuple-  
taret, etiam nudauit. Sed bene habet, hos  
sacri-

sacrilegos, prædones & depeculatores, dignas suis latrocinij aliquando dedisse pœnas. Certè Theodoritus laudat eo in primis lib. 4. cap. 4. hist. Ecc. nomine Juliani successorem Iouianū, quod edita lege iussit, Ecclesias restituiri frumentum, quod ijs de publico præstari iussit. Constantinus, Julianus uero prohibuerat. Et quis non laudaret Valentianam atque Marciani uocem & constitutionem?

I. priuilegia. C. de sacros. Eccles. Quia (inquiunt) humanitatis nostræ est, egenis prospicere, ac dare operam ut pauperibus alimenta non desint: salario etiam, quæ sacrosanctis Ecclesijs in diuersis speciebus de publico hactenus ministrata sunt, iubemus nunc quoque incōcussa, & à nullo prorsus imminuta præstari.

Constat, Costantinū per singulas ciuitates certā uectigaliū partē fisco suo detraictā, alendis Ecclesiæ ministris impedi uoluisse. Omitto uetera Ethnicorum exempla. Omitto & quod Diodorus scribit, Aegyptios olim reges tertia uectigalium publicorum

rum partē, ijs qui & sacris & scholis prae-  
erant, dedisse: & quod Luius narrat, Nu-  
mam suis Vestalibus, ut assiduè templi an- Luius li.2.  
tislitessent, stipendum de publico statu-  
isse. Noster Constantinus talibus non habe-  
bat opus exemplis, ut quod sui officij e-  
rat, faceret.

Neque uero ignorauit, quod Plato pru-  
denter monet, utilissimum fore, si qui Rei  
publicæ præficiuntur, ex publico alantur:  
ipsi uero priuatum propriumq; nihil possi-  
deant. Sic enim futurum, ut neque inopia,  
neque rei familiaris amplificandæ cura di-  
strahantur: sed toti in eo sint, ut publica au-  
geant commoda. Verum prudenter  
Constantinus, qui Ecclesiæ ministros ex  
publico sic ali uoluit, ut tamen nō uetaret,  
Ecclesiæ propria esse quædam prædia, cer-  
tosq; ex ijs prouentus: præsertim cum sci-  
ret ualde plerunque miserum esse, ab ora-  
ri præfectis pendere. Neque ea possessio-  
nes uidebantur obfuturæ publico ministe-  
rio,

rio, cum quidem tota earum procuratio delectis œconomis atq; diaconis demadatur: qui ex earum prouentibus suum singulis, qui eo opus haberent, ministris tanquam salarium stipendium ue ita persoluebant: ut beneficium tamen accipere, qui ita alienentur, dicerentur. Ut autem liberalis de suo fuit erga Ecclesiam Constantinus: sic etiam, ut alij hoc exemplo esse uellent, operam dedit: atq; etiā si uellet esse, ut posset,

I.i. C. de sa effect. Extat nobilis eius consiluio ad  
cros. Eccl. Populum, in hac uerba: Habeat unusquisque licentiam, sanctissimo uenerabili que  
,, Concilio, decedens, honorum quod optauerit,  
,, relinquere: & non sint cassa iudicia eius.

I.21. cum se natus. De reb. dub. Paulus Iurisconsultus ait, Senatu tem poribus Marci Imp. permisisse, collegijs legari. Itaque nulla dubitatione esse, quin si corpori, cui licet coire, legatu sit, debeatur: cui autem non licet, si legetur, non ualere, nisi singulis legetur. Hos enim non quasi colle-  
gium

gium, sed quasi certos homines admitti ad  
legatum. At qui collegium Christiano  
rum Romano tunc iure illicitum habeba-  
tur. neq; enim ante Constantinum publicè  
coeundi ius ij habuerunt: & paulo anè  
Diocletianus in uniuersum edixerat, colle-  
gium, si nullo speciali priuilegio subnixum  
sit, hæreditatem relictam capere nō posse:  
sicut & antea Antoninus Caracalla re-  
scriperat, peti non posse, quod Uniuersita-  
ti Iudaorum Antiochenium legatum e-  
rat. Non erat tunc meliori aut iure aut cō-  
ditione Christianorum siue collegium, siue  
Uniuersitas, siue ipsa deniq; Ecclesia, aut  
eius ministrorum ordo, presbyterorum ue-  
tanquam corpus. Sed summam esse hanc  
iniuriam, & uero Christiana religione ual-  
de indignam, rectè iudicauit Constantinus.  
Audiebat, Ethnicos ipsos, profanosq; homi-  
nes, suis sacris liberaliter cosulere: & cùm  
in quodam testamento ita scriptum esset,  
Quisquis mihi hæres erit, fidei e-  
ius

I. collegiū.

C. de hæ-  
red. instit.I.I. C. de Lu-  
dæis.

ius committo, ut det ex reditu bo-  
norum meorum, sacerdoti & iepo-  
φύλακι, & libertis qui in illo tem-  
plo erunt, denaria decem die nun-  
dinarum: ac quereretur, utrum ijs dun-

taxat qui eo tempore, quo legebatur, in re-  
bus humanis, & in eo officio fuerint, debi-  
tum sit, an etiam ijs qui in locum eorum  
successerunt: consultum Scaeulam respon-  
disse, ministerium quidem nominatorum  
designatum, ceterum datum tēplo. Cumq;  
quereretur, utrum uno duntaxat anno,  
decem fideicommissi nomine, deberentur,  
an uero in perpetuum decem annua pra-  
stanta sint: respondisse, In perpetuum. An  
legatis ad pias causas Christianæ Ecclesia  
relictis, minus Constantinus faueret? An  
huius sacrosancto ministerio consuleret mi-  
nus? Legatorū, quæ Deo relinquebātur,  
meminit Paulus Iuriscon. Et in nonnullis  
Ulpiani fragmentis legimus, Senatus cōsul  
to Principum ue constitutionibus nescio  
quos

I.i. Adleg.  
Falcid.

quos olim Deos commentarios, institui hæredes potuisse. An Deo uero? an Christo? an eius sue membris, sue corpori, uel legata uel hæreditates relinqui non pateretur Constantinus? Certè Justinianus in quadam sua Nouella constitutione, quorundam testatorum meminit, qui Christum instituebant hæredem: & interpretatur, Ecclesiastam eius loci, in quo testator degebat, hæredem institutam uideri: et tamen lege, ut totum illud quod inde consequetur, pauperibus eroget. Quis dubitat, tam piu[m] legatorum genus ipsi quoq[ue] Constantino ualide placuisse? Videbat Ethnicos suis sacrificulis atque epulonibus nihil nō ea in re tribuere: Vestalibus quoq[ue] suis ius percipientium legatorū semper dedisse: easq[ue] hoc iure percepisse ex testamentis tam multa, tamq[ue] etiam honeste & liberaliter ijs usas esse, ut neminem ē populo in Urbe mendicare paterentur: si credimus earum patrono Symmacho. Ac significat quidē Sym-

machus, ius hoc ijs tamen ademptum tandem fuisse, Valentiniani et temporibus. Sed eo saltē adhuc utebantur, regnante Constantino. Quod uero ijs permittebat Constantinus, an Ecclesiae Christi negaret? præsertim cum sciret eius opes, non ipsis modo ministris, sed & omnibus qui egerent,

Chrysost. communes esse. Narrat Chrysostomus,  
homil. 67. in 21. cap. suo tempore ecclesiam Antiochenam non

Matth. modo sacerdotes & clericos suos, hospites  
deinde, peregrinos, aduenas, infirmos, captiuos aliisse: sed præterea, etiam in singulos  
dies tria uiduarum atque uirginum millia  
sustentasse. Oportet magnos eius fuisse pro  
uetus, ut tales sustinere posset sumptus: &  
erant certè, beneficio Constantini. Sed non  
ne optandum erat, fuisse etiam maiores?  
Ergo post Constantini legem, uiri boni cer-  
tatim tam pium ærarium augere conaban-  
tier: & illas Ecclesiae publicas opes, quarum  
Episcopi non tam domini erant, quam pro  
curatores & œconomi, sua liberalitate ma-

gis

gis atque magis cumulare cœperunt. Certe Sozom. II.  
 Sozomenus scriptor Ecclesiastice historiae,  
 7. cap. 26.  
 loquens de Epiphanio episcopo Cyprio, qui  
 opes ecclesys relictas, pauperibus largieba-  
 tur, testis est, undiq<sup>ue</sup> eo tempore multis, qui-  
 bus propositum erat in pios usus opes suas  
 dispensare, non modo inter viuos Ecclesys  
 eas donasse, sed multò etiam magis morien-  
 tes testamento reliquisse. Sed & Prosp<sup>er</sup>  
 scribit, suo tempore Hilarium episcopum  
 Arelatensem, acceptis (ut loquitur) nu-  
 merosis fidelium hæreditatibus, ualde am-  
 pliassè Ecclesia suæ possessiones. Verum  
 totum hoc facultatum genus primo accep-  
 tum ferri debet Constantino, edicenti, hære-  
 ditates & legata Ecclesys relinquimus posse.  
 Cum autem id paulo post Constantinum,  
 priuatim ad se traherent aucti quidā Ec-  
 clesiarum ministri atq<sup>ue</sup> monachi, atq<sup>ue</sup> etiā  
 prætextu religionis uiduas (ut ille ait) au-  
 ras uenarentur, & hæritates captaret,  
 & in testamento ueluti irrepereret: lata lex

Prosp. lib.  
 2. cap. 9. de  
 uita con-  
 temp.

est, quæ his captatoribus hunc iuris colore,  
quo abutebantur, adimeret: & ne quid  
ex aliorum testamentis capere possent, edi-  
ceret. Meminit huiusc legis Hieronymus  
in sua ad Nepotianum epistola: nec tam de  
ea conqueri se ait, quam dolere, meritos il-  
lam esse ministros Ecclesiarum. Certe re-  
primenda clericorum avaritiæ necessa-  
riam fuisse fatetur. Eius auctorem non no-  
minat. Sed illam fuisse suspicor legem, qua  
etiamnum lib. x v 1. Codicis Theodosiani  
extat, Valentiniani, Valentis, & Gratia-  
ni, ad Damasum episcopum Romanuni.

Edidere etiam aliam deinde legē Va-  
lentinianus 11. Theodosius & Arcadius:  
Ne uiduae diaconiſſæ quicquam possent cle-  
ricis dare, relinquere uē. Sed duobus post-  
mensibus eam ipsam resciderunt atq; abra-  
garunt. Sæpe uero postea necesse fuit, clerici-  
orum, avaritiæ suæ magis quam Eccle-  
siæ ministrorū, imposturas coercere. Extat  
lex Caroli magni, ne accipientur res, reli-  
gionis

gionis nomine, ab ijs oblatæ, quorum liberi  
& hæredes hac ratione fraudati, tale me-  
rito dicere possent donationē in officiosam.  
Et eodem tempore Synodus Cabilonensis  
graui ter reprehendit secerdotes, qui multis  
callide persuadebant, ut suas Ecclesiæ con-  
secrarent facultates. Sed hæc quæ posterio-  
rum temporum sunt, nunc omitto. Ut ut  
autem posteritas, cùm populus supersticio-  
ne fascinatus, clerici auaritia deprauati  
essent, Constatini lege abusa sit, cum de Ec-  
clesiis uel dotandis uel ditandis ageretur:  
constat, & bono cōsilio & iustissima ratio-  
ne piam illam suam legē edidisse Constan-  
tinum, ut in publicum relinquī testamento  
aliquid posset Ecclesiarum siue collegio, si-  
ue uniuersitati, siue corpori, (quod conci-  
lium ipse uocat:) non sancē, ut singuli uel  
clericī, uel alij priuatim id ad se traherent:  
imò uero ut id eo iure haberetur, quo habe-  
ri, quod uniuersitati uel collegio licito lega-  
tum est, debere, leges ipsæ ciuiles profiten-  
tur.

tur. Nam & quod ministris ipsis uel cleri-  
cis simpliciter relictum eſſet, in re dubia po-  
tius id ita accipiendum eſſe significant, qua-  
si non singulis illis priuatim, eorum' ue per  
sonis, sed Ecclesiæ potius & eius uniuersi-  
tati relictum eſſet. Sic enim interpretan-  
tur, quod sacerdotibus & templi custodi-  
bus relinquitur, ut ministerio magis & te-  
plo relictum uideatur: & quod ciuibus le-

I.20.annu-

a.de ann.

lega.

L.2. de reb.

dub.

gatur, ipsi ciuitati legatum uideri. Tan-  
tum abeſt, ut quod Ecclesiæ uel eius colle-  
gio legabatur, singuli inuadere suo iure  
poſſent, & priuatim ſibi arrogare. Sed ne-  
que tolerandum fuit, ut Ecclesiæ beneficio  
Constantini ditatæ, ſuas facultates in alios,  
quam uerè pios uſus impenderent, aut ine-  
ptis uoluntatibus testatorum eas relinquer-  
tium parerent: ſicuti multa Ecclesiis fuiffe  
legata ſcimus ab hominibus uel deliris, uel  
ſuperſtitione fascinatis. Imò uero tum de-  
mum, cum ſuperſtitio inualuiſſet, frequen-  
tiſſima eſſe cœperunt, quæ Ecclesiis relin-  
queban-

quebantur, legata. Sed cur hic rursus non  
 utemur legibus ciuilibus, quæ edicunt, si  
 quid ciuitati relictum sit ad edendum spe-  
 ctaculum, quod celebrari non liceat, in a-  
 lios meliores usus conuertendum esse? Et  
 quidem quod in alimena etatis infirmæ,  
 uel eruditionem puerorum, ciuitatibus re-  
 linquitur: in honestissimos & optimos usus  
 relinquendi, disertis uerbis significant. Ec-  
 clesiarum ministros ali necesse est. Sed ut  
 hi multo etiam magis populum uerbo Dei  
 pascere debent: sic & iuniores clericos eru-  
 diri, & iuuentutem Christiana doctrina  
 imbui in primis necesse est. Habuit itaque  
 iam inde ab initio suas scholas Ecclesia, in  
 quib. religionis prima ueluti elemēta uina  
 noce tradebāt, qui Catechistæ dicebātur:  
 & ab his simul interpretibus literarum sa-  
 crarum libri enarrabantur. Hunc do-  
 ctorum atque discipulorum conuentum  
 & ordinem, hos cœtus, has scholas, in qui  
 bus seminarium est & ueluti propago Ec-

l. 17. De u-  
 sus lega.  
l. 5. De ad-  
 mi. rer. ad  
 ciui. perti.

l. 117. & 122.  
De lega. 1.

## 40 De Legib. Const. M.

clesiae, & sine quibus diu Ecclesia ipsa conseruari uix posset, studiose tueri, atq[ue] etiam augere ornare q[ui] se debere, Constantinus reē iudicauit. Videbat, quād ualde multis iam locis tales Academiae florarent: & quos non modo flores, sed etiam fructus ederent, non in sua solum Britannia, (ubi prope urbem Legionū, quæ nunc Cæstria appellatur, erat nobilissimum illud Bannochorensē collegium, quod plusquā duo milia hominum Christianæ philosophiæ studiorum alebat) sed & in alijs passim regionibus, & quidem in media etiam iniquissimorum pietati p[ro]ysq[ue] studijs infestissimo rum temporum confusione, & furente flama: ut Casareæ in Palæstina, ubi docuisse Origenem, didicisse Gregorium Neocæsariensem accepimus: & multo etiam magis Alexandriæ in Aegypto. nam in Alexandria schola, iam inde à temporibus Marci qui Euangelium scripsit, Christia nos fuisse quosdam doctores, scribit Hieronymus:

Hier. in  
Catal.

nymus: & enumerare possumus Pantacnum, Clemencem, Origenem, Heraclam, Dionysium, qui ordine perpetuo, ut alij alijs succedebant, illas  $\lambda\alpha\lambda\chi\mu\sigma\epsilon\omega\rho$  (sic enim appellabantur) Alexandrinas schoolas sic erudierunt, & ad Constantini usq;<sub>z</sub> tempora multis sepe fluctib. alioqui iactatas sic conseruauerunt, ut his tuendis atq;<sub>z</sub> propagandis pium principem magnā operam lubenter dedisse, mirari non debeamus. Quid Antiochia? Apostolorum temporibus multo etiam magis illic floruisse Christianos doctores atq;<sub>z</sub> prophetas, Lucas com memorat: & Constantini tempore nondū desierant. Si Asiae fines perlustrabat cogitatione sua Constantinus: occurrerant schoolæ Ephesia, ubi Ioannem apostolum, discipulorum atq;<sub>z</sub> auditorū cætum collegisse, Irenæus ipse, qui ex eo collegio prodijt, narrat. Trajiciamus in Europam: offert se schola Byzantina, cuius meminit Gregorius Nazanzenus, in eaq;<sub>z</sub> institutum atq;

## 42 De Legibus Const. M.

eruditum fuisse Basiliū narrat. Eius au-  
torem fuisse Constantīnum (cui Byzantīū  
totum se tam ualde debet, ut Constantīno-  
polis etiam appelletur) facile mihi persua-  
deo. Et uero quid aut fuit, aut esse debuit  
huic principi magis & cordi & curae? Vi-  
dit cognatos suos, Iulianum, atq; eius frātrē  
Gallum, catechistarum etiam munere fun-  
gi. An id ipse negligeret? Quid? legebat in  
historijs sacris, Moesem scholas Leuiticas  
cōplures instituisse: & antequā etiam tem-  
plum conditum esset, institutam fuisse pro-  
pe Tabernaculum aliquam scholam, cui  
Samuel præesse nō recusarit. Et Heliam,  
deinde Heliæum, ad Hierichuntem suos  
quoq; habuisse conuentus, cœtusq; audito-  
rum: reliquosq; postea hoc exemplo pro-  
phetas certum discipulorū gregem, quem  
familiariter erudirent, collegisse. Quid de  
Nazaraorū, qui ueluti iuniores erant  
clericī, flore dicam? quem concidisse, non  
immerito deflet Ieremias, excidium Hiero-  
solymit-

rosolymitanū deplorans. Ut uetera illa nō  
repetamus: cum etiā Iudei postremis tem-  
poribus suas paſim haberent Synagogas,  
in quibus libri Mosaici narrabantur: &  
simul suum Hierosolymis ueluti summum  
& publicū Gymnasium, ad cuius audito-  
rium Iudaica iuuentus undiq<sub>z</sub> confluēbat:  
an Christiani in hoc se genere uinci paterē-  
tur? an id pateretur Constantinus? Nam  
& audiebat ipſos quoq<sub>z</sub> Ethnicos, ſuorum  
ſacrorum cauſa, certas ſcholas instituiſſe,  
ualdeq<sub>z</sub> etiam coluiſſe. Audiebat, quales  
in ſua Britannia atq<sub>z</sub> Gallia olim fuiffent  
Druidum, in Perside Magorum, Sacer-  
dotum in Aegypto, præſertim Heliopoli.  
Cumq<sub>z</sub> aliarum liberalium artium, ciuili-  
umq<sub>z</sub> literarum publica ſtudia tam diligen-  
ter etiam tueretur (quod libro ſequenti o-  
ſtendam) an Ecclesiastica, quibus illa ſub-  
ſeruire, & ad quæ referri debent, neglige-  
ret? Certè ne pueriles quidem catecheses  
ſua cura indignas eſſe putauit. Hiero-  
nymus

In epist. cō nymus narrat, hanc adhuc suo tempore fu-  
tra errores isse Ecclesiæ consuetudinem, ut ijs qui ba-  
loannis Hierosol. prisandi essent, publicè traderentur, quæ  
de Trinitate credere deberent. Non dubiū  
est, ea ipsa fuisse, quæ Symbolo, quod Con-  
stantinus in Nicena Synodo explicari cu-  
rauerat, continebantur. Sed & qui pueri  
adhuc & infantes baptismō initiati erant,  
grandiores paulo facti, uocabantur ad cate-  
chismum: eiusq; ueluti formulam tandem  
addiscebant, donec rogati (ut interrogari  
publicè solebant) respondere recte posset  
de præcipuis religionis Christianæ capiti-  
bus. Hunc quoq; morem diligenter conser-  
uasse Constantinum, dubitat opinor nemo.

Cum uero Ecclesiam totam recte doce-  
ri, eiusq; doctrinam ex fontibus sacrarum  
literarum repeti, atq; etiam ex ijs uelutita  
bulis dijudicari religionis controversias uel-  
let: in primis etiam operam dedit, ne sacro  
sancti illi libri Ecclesiis deessent. Videbat  
Romæ bibliothecas, iussu & cura propheta-  
norum

norum etiam principum, templis adiunctas esse: quod religionē sine libris diu conservari non posse, illi quoq; intelligerent: nullamq; esse, nec esse posse, nec debere articularem coniunctionem, quam religionis aequaliter eruditio nis. H abebat Roma in suo Capitolio bibliothecā Maiorum: sic enim appellabatur. Augustus prope templū Apollinis extruxit bibliothecam Græcā & Latinam. Templum quoq; Traiani suam habebat Ulpiam, optimis libris refertam. Et Domitianum ipsum, cum templum Capitolini Iouis instaurasset, bibliothecas incendio absumptas impensisimē reparasse, exemplaribus undique conquisiatis, missisq; Alexandriam librarijs qui describe rent, atq; emendarent, Tranquillus autor est. Omitto, quod Strabo scribit, Smyrnēn Strab. li. 14 ses quoq; sui Homerī templo adiunxit esse bibliothecam. Dicerem his quoq; exemplis permotum fuisse Constantiū: Sed dicam potius, in primis excitatum esse diuinū

uino illo oraculo, quo Deus præcepit, ut statim atque Rex inunctus fuerit, sedulo curret, legis uolumen religiose describi, cuius assertor & custos sit, ut esse debet. Id aliquot reges Iudaici, ut erant uel impij uel profani, contempserunt: eorumq<sup>ue</sup> culpa, res aliquando eò recidit, ut interciderit liber diuinæ legis: totaq<sup>ue</sup> adeò eius memoria prope perierit. Sed pereundi tandem religiosus suos losias: qui libros illos sacros sanctos, sunt & puluere obstitos, in lucem reuocauit. Placuit hoc exemplum Constantino: & ne rur sus aliquando ij interciderent, operam dedit. Nam & periculum alioqui magnum esse, multa cum monebant.

Chrysost.  
in 2. cap.  
Matth.

Accusat quodam loco Chrysostomus Iudeos, quod multos Propheticos libros periire passi sint: quosdam etiam deleuerint.

Athan. in  
Synopsi ad  
fin.

Athanasius eandem cladem deploras, & ex tribus psalmorum milibus tam paucos superesse conqueritur. Sed has tamen ipsas.

ipſas reliquias, quoties abolere impij homines conati sunt? Quo magis laudadus Constantinus est, qui in ijs & colligēdis & conservandis tantum posuit & operae, & impensa, & laboris? Audiebat laudari Alexandrū episcopum Hierosolymitanum, quod ſue Eccleſia nobilem bibliothecā (cuius & Eusebius meminit) adiunxit. Cesariensem quoque bibliothecā cura & studio Pamphili martyris collectam, ualde à ſuo Eusebio commēdari audiebat. Quid pium principem & facere & præſtare, cum hæc priuatorum hominum exempla uideret, opporebat? Fecit itaq; quod eo dignum erat: & alijs deinde etiam exemplo fuit, ut id imitarentur. Certe Hieronymus ad Pammachium ſcribens, non obſcurè ſignificat, hoc ſubſidio Eccleſias post Conſtantinum multis annis deſtitutas non fuiffe. Cum enim Pammachium illum ſuū horatur ad ſtudia ſacrarum literarum: Eccleſiarum (inquit) bibliothecis fruere. Uero

uerò Ecclesiæ publicas haberent bibliothecas, ut' que ijs frui possent, qui sese sacris studijs darent, non ne Constantini primum beneficio factum est? Bene autem accidit, Eusebiū non minorem suo Pamphilo bibliothecarium, praesto fuisse principi hoc agenti. Amavit Augustus C. Melissum, quod bibliothecæ eleganter ordinandæ in Octauia porticu, maximam curam suscepisset. Iulius Cæsar Marcum Varronem coluit eandem ob causam. An Eusebium non amaret Constantinus? Sed huius ad illum epistolam, de libris sacris exscribendis, quæ sacro sanctæ nobis legis loco esse debet, repetat nunc lector ab ipsis historiæ Ecclesiasticæ scriptoribus, qui eam non

Euseb. li. 4.  
de uita  
Constant.  
Socrat. li.  
1. hist. Ecc.  
Theod. li.  
1. hist. Ecc.

uno loco habent. & toties ingerunt, ut nobis eam non sit nunc necesse describere: ne cum longior paulo sit, breues hosce commentarios no necessaria repetitione producam.

Euseb. hi-  
stor. Eccl.  
lib. 8. ca. 3.

Primum Diocletiani, tyranni impij & furentis, editū fuit, ut nō modo templis

Chri-

Christianorum omnia funditus, si quas us-  
quam tales ædes haberent, euerterentur,  
sed & scripture sacrae flammis aboleren-  
tur. Tam barbarus certè alioqui non erat,  
quin alijs literis librisq; faueret: sed religio-  
nem Christi, eiusq; doctrinam delere, & ue-  
luti in cineres redactam sepelire cupiebat.  
& habebat quē ea in re imitaretur, An-  
tiochum Epiphanem. Oportuit itaq; no-  
strum ediuerso Constantinum, qui illi suc-  
cessit, operam dare, ut non ædes modo sa-  
crae, in quibus uerbum Dei sonaret, extru-  
erentur: sed etiam, ut sacrarum literarum  
monumenta & conquirerentur, & colli-  
gerentur, & religiose conseruarentur: tan-  
toq; id etiam erat necesse magis, quod qui  
dam tūc Episcopi, qui custodes eorum atq;  
defensores esse tamen debuerūt: suppicio-  
rum metu dicerentur hosce sacrosanctos li-  
bros impījs carnificibus cremandos tradi-  
sse. Ac si post tempora Antiochi profa-  
nus etiam ille Aegypti rex Ptolemaeus.

50 De Legib. Const. M.

Philadelphus, cum Alexandrinam suam  
bibliothecam adornaret, tam ualde fuit  
(ut recte fuit) de conquirendis sacris Bio-  
bliis, & in linguam quoq; suam transfe-  
rendis sollicitus: non debuit esse Constanti-  
no, nec esse potuit, rei tam necessariae pro-  
curatio minus aut curæ, aut cordi. Curare  
debebant Episcopi, ut quisque priuatim e-  
os libros domi suæ haberet, atque etiam sa-  
pe relegeret. quod etiam Chrysostomum cu-  
raſe constat. Sed interea principis erat &  
religiosi & prudentis, præstare, ut publico  
sumptu bona exemplaria describerentur,  
& publicis bibliothecis adseruarentur.

Suetonius Narrat ueteres, Augustum duo quidem  
in Aug. & millia fatidicorum librorum concremasse,  
Dion lib.

54. quorum aut nulli, aut parum idonei erat  
autores: Sibyllinos uero, delectu habito, con-  
didisse duobus forulis auratis, sub Palatini  
Apollinis basi. Sed quia eorum scriptiu-  
ra, ueritate iam prope euauerat, iuſſe  
ut describerentur: ipsorum tamen sacerdo-  
tum

tum manu, & notis, ne quis eos alius legere posset. At noster Constantinus longe profecto religiosius, Propheticos atq; Apostolicos libros (ut maiori etiam religione digni erant) describi eorum manu, qui eorum doctrinam publicè docebant, curauit: non tamen ut descripti aut sepelirentur, aut latenter: imo uero ut quam emendatissimi in uulgo daretur, omniq; tempore omnes pietatis studiosi ijs uiteretur. Laudent Romani suum Lucullū, quod bibliothecā non modo optimis libris repleuerit, sed publicè etiam (quod certè magis laudandum est) patere uoluerit. Laudent Athenienses suum Pisistratum, quod priuato sumptu libros liberalium artium omnibus legendos proposuerit. Quanto Constantini, & eorum qui Constantimum imitantur, laus & iustior & maior est? Maxima etiam in eo, quod hosce libros non modo ad diuturnum usum perpolitos, sed & ita emendatos, ut eorum scripturae certa fides esset,

esset, ediderit. Cicero de priuata sua bibliotheca sollicitus, nō modo diligere se profiteretur glutinatores, & membranulam, ex qua indices fiant: sed etiam monet, rem illam non posse confici, nisi per hominem & peritum & diligentem. conqueriturq; iam tum libros & mendose scribi, & uanire. Quid non faceret Constantinus, cum libros sacros Ecclesias publicè proponere, & posteritati ad sempiternam memoriam relinquere institueret? Intelligebat enim sum mam & doctrinam, & diligentiam, & religionem, & deniq; fidem ys describendis deberi. Neq; certe ulla magis in re barbaria postea tempora nocuerunt, quam quod librarijs usā sint indoctis, plerunq; monachis: saepē etiam mulierculis & puellis operas suas locantibus rem tantam commiserunt. Sic enim & adulterina, & mendosa, & contaminata uolumina longè latēq; sparsa sunt: atq; ex his tanquam semiibus ea fabularum atq; errorum deinde

seges

seges enata est, eaq; rerum confusio conse-  
cuta, ut facile intelligi possit, non temere,  
quod metuebat, metuisse Constantinum.

Nam & audiebat, iam antea multas næ-  
rias falsis titulis insignitas, & ad fallen-  
dum pulchre instructas, multos nebulones  
& Ecclesiæ & populo Christiano obijcere  
conatos esse. Audiebat, quid Marcion tē-  
tasset, & quid aliquot similes hæretici au-  
derent, libris sacris corrumpendis inten-  
ti: ut certè adulterari facile scriptura po-  
test. Audiebat, non temere Irenæum, &  
alios cordatos Ecclesiæ doctores, cum librū  
aliquem ederent, per omnia sacra obtestar-  
i librarios, ut quod in archetypo esset exē-  
plari, bona describerent fide: nihilq; uel ad  
derent, uel detraherent, uel immutarent.

Magna ergo cautione hic opus esse, prudē-  
ter iudicauit Constantinus. Neq; modo A-  
postolica scripta & Prophetica, sed & alia  
Ecclesiasticarum rerum monumenta, &  
eius generis acta, diligenter esse conseruan-

da, non modò ne perirent, sed etiam ne corrumperentur: ne'ue in has publicas tabulas, quibus multi impostores insidiabantur, falsi aliquid uel irrepere, uel inyici posset.

Cum Romani episcopi, in ea, quam aduersus Africanos agebat, causa, Sardicenses canones pro Nicænis supponere auderent, uixdum elapsis post Constantini mortem annis centum: ecquid futurum erat, nisi si in bibliothecis Constantinopolitana, Alexandrina, atque Antiochena, inuenti fuissent incorrupti Canonū Nicænorum Codices & archetypi, & authentici, ex quibus falso illud & fraus redargui conuinciq; posset? Annis post Constantinum trecentis, in Synodo Constantinopolitana, quæ in Trullo coacta erat, non ne Monothelite maiori etiam impudentia, ut aliquem suo errori speciosum titulum obtinerent, acta & canones alterius prioris Syndi Constantinopolitane, quæ centum, aut nō multo pluribus ante annis coierat, adulterio

adulterinis suis additionibus corruperant? Deprehensum quidem est hoc etiam falsi crimen, beneficio eorum codicum, qui in bibliothecis Constantinopolitanis adserabantur. Sed quid futurum erat, si hoc subsdio, & tali ueritatis testimonio destituta tunc Ecclesia fuisset? Neq; uero dubium est, qui authentica exemplaria Constantinus ab ipsis fontibus repetierit: & Proprietatum monumenta Hebraea, Apostolorū Græca lingua, qua scripta primū fuerūt, describi uoluerit: denique secutus sit, quod sequendum esse, ubi de fide exemplarium quæstio est, scripsit postea Augustinus, in sua aduersus Faustum Manichæum disputatione. Postremo & apocrypha scripta, ab illis (ut appellantur) Canonicis, discernere fuit necesse. Iam antea Meliton Sardensis episcopus totum Orientem, uix centum post Apostolorum mortem annis peragrarat: ut in Ecclesiis Apostolicis certè intelligeret, qui nam illi essent authen-

tici sacrarū literarum scripturæq; sanctæ  
libri. Et omnibus exploratis, retulerat il-  
los solos esse xxxi. quorum nunc noti sunt  
et authores, et tituli. Origenes illud i-  
psum paulo post etiam tradiderat. Neq; a-  
lia fuit Constantini ætate in Ecclesia sen-  
tentia. Sed erat eius et cura et autoritas  
necessaria, ne alijs libri adulterini suppone-  
rentur: ut omnibus temporibus fuerunt ta-  
lium imposturarum artifices. Laudat  
quodam loco Galenus reges Alexandri-  
nos atq; Pergamenos, inter se contenden-  
tes in veterum librorum thesauris conqui-  
rendis, atq; cumulandis: sed monet etiam,  
proposito semel præmio eorum inuentori-  
bus, multos multa falsis titulis et conficiis  
insignita uolumina, nempe pro thesauro  
carbones atq; sordes, obtulisse: et ( quod an-  
te a factum non erat ) multos deinde suppo-  
sitiios libros sparsos esse. At principis  
religiosi et prudentis est, delectum adhibe-  
re, et iudicium: et in re tam sacrosancta,  
tamq;

tamq; etiam impostorum fraudibus obnoxia, eam cautionem, ut uerum à falso discernatur: illud retineatur, hoc reuiciatur.

Quamvis Constantini studium fuerit in conseruandis libris sacris, inde etiam intelligi potest, quod nix ullum in Ecclesia tunc maius crimen habebatur, quam eos impys sive inquisitoribus, sive quæstorib. qui bellum & ijs & pietati indixerant, prodidisse, tame si mortis id metu fortasse factum esset. Cum miles aliquando Romanus librum Mosaicum, in quadam fortiæ publica Palæstina direptione oblatum, discerpsisset, concurrerunt Cæsareâ ad Romanum præsidem Iudæi: neq; cæsarunt, donec uiderent satellitem illum capite luentem pœnas tantæ audacie. An Christiani leue crimen & impunitate dignum existimarent, si qui, præsertim Ecclesiæ antislites, sacrosanctas suas tabulas hostibus tradarent flammis abolendas? An eius facti facile ullam reciperent excusationem?

Hic ego historiā huius maxime loci, quae  
minime ab eo prætermitti debet, qui Con-  
stantini iudicia colligit, lubenter comme-  
morabo. Est quidem (quod certe sæpe mi-  
rari cogor) prætermissa ab alijs historiarū  
scriptoribus, qui tam multa alioqui, eaq;  
etiam non ualde magna aut necessaria, de  
Constantino dixerunt. Sed tanto est magis à  
nobis nunc commemoranda: & ex unius  
saltē Augustini scriptis repeti & colligi  
aduersus potest.

August. e-

pist. 162. &

266. & li. 3.

aduersus

Crescon.

Donatus à casis nigris (sic enim appel-  
labatur) Cæcilianū Carthaginensem epi-  
scopū accusans, cum alia illi crimina, tum  
hoc in primis obijciebat, sacras eum literas,  
Christianæ religionis hostibus tradidisse co-  
cremandas. Nam astutus hic caluniator,  
nullo grauiori crimine reum premi posse  
uidebat. Cum hæc ex Africa ad Constan-  
tinum, qui uixdum Romano imperio po-  
titus erat, delata causa esset: is iudicem,  
qui de illa cognoscere, postulantibus etiam  
ijs

is qui Donati partes sequebantur, dat,  
Multiadē episcopum Romanum: eiq<sup>z</sup> col-  
legas quatuor adiungit, Marcum, Reti-  
cum, Maternum, & Marinum. In causa  
cognita, Cæcilianum innocentem reum ab-  
soluunt: Donatum improbum calumnia-  
torem condemnant. Prouocat Donatus,  
& Constantiū appellat. Non erat di-  
gnus, qui audiretur. Sed clementissimus  
Imperator, in causis Ecclesiasticis omnia  
moderatè, nihil violenter aut temere age-  
re uolebat. Dat igitur alios iterum iudices,  
Arelatensem nempe & Syracusium &  
alios quosdam episcopos. Neq<sup>z</sup> enim dubita-  
uit, eos hac in resupra episcopi Romani se-  
dem ueluti efferre: & huius bona gratia id  
fieri posse intelligebat. Extat utriusque iu-  
risdictionis, uel saltem cognitionis manda-  
tae rescripta, apud Eusebium lib. x. histor.  
Eccles. Ab Arelatensi & eius collegis rur-  
sus damnatus Donatus, nō ueritus est ite-  
rū appellare Constantiū. Constantinus, et si  
non

## 60 De Legib. Const. M.

non ignoraret toties repeti prouocationem  
 iure non posse, nihil non tamē fecit semper,  
 ut iudicio magis quam impetu, res Eccle-  
 stasticas tractare intelligeretur. Ergo non  
 recusat ipse, de hac causa, toties iam alio-  
 qui iudicata, cognoscere. Utramque par-  
 tem patienter audit. Tandem pronunciat,  
 innocentem esse Cecilianum. Ac Augu-  
 stinus quidem narrat, sese Constantini hac  
 de re literas legisse: quibus cōmemorabat,  
 ad suum iudicium post Episcopalia iudi-  
 cia partes perductas esse, & se inter eas co-  
 gnouisse, & innocentem comperisse Cecilia-  
 num. Verba etiam huius sententiae Con-  
 stantinianæ scribit Augustinus hæc fuisse:  
 "Peruidi Cecilianum, uirum omni inno-  
 centia præditum, & debita suæ religionis  
 officia seruantem, eiq[ue] ita ut oportuit serui-  
 entem."

Quum hunc ordinem huiusc iudicij  
 legitimus, quum hanc ex Africa causam  
 primū ad Constantini cognitionem esse  
 delas-

delatam, datumq<sup>u</sup> ab eo esse iudicem Romanum cum alijs nonnullis episcopū: tum uero, qui de huius sententia deinde cognoscerent, alios rursus Episcopos, postremo etiam ipsum Constantinum & cognouisse & pronunciaſe audimus: & uero totum huiuscē jurisdictionis ordinem à ueteribus etiam Episcopis laudari: satis intelligimus, quām fuerit ab illius temporis Ecclesia alienum, quod ambitiosi nunc quidam antisites sibi arrogant.

Sed neque illa, quam dixi, Constantini postrema sententia, Donatiani sycophantæ (ut ad eos reuertar) reprimi potuerūt. Nouas rursus calumnias, quas confinxerant, spargunt: nec tamen Constantini toutes læsa patientia, fit furor, ac ne severitas quidem paulo morosior. adeò placidus erat iudex rerum Ecclesiasticarum. Postrema Donati criminatio fuit, Cecilianum à quodam Felice, qui Ecclesiam prodiisset, creatum fuisse episcopum. Episcopum itaq<sup>ue</sup> legi-

legitimū non esse. Mandat hic Constantinus Aeliano Africæ procosuli, ut de causa cognoscat. Is, cum falsam esse criminacionem cognouisset, sua sententia repellit Donatianos. Tandem cum toties uicti atq; repulsi, non quiescerent, cogitur paulo severior esse Constantinus: edidisseq; aduersus eos legem seuerissimam, ait Augustinus. Quæ nam eius legis fuerit seueritas, certò dicere non possum. Sed non nisi summa necessitate, tanquam ab iniusto expressam fit esse, dubium non est. Atq; utinam tam seuerus in hoc genere fuisse Constantinus, ut illam totam Donati factionem, quæ paulo post, nescio quem Constantini ementita favorē, tam tristes in Ecclesia turbas dedit, sic extinxisset, nascentemq; repressisset, ut nunquam deinde aut emergere, aut uires iterū colligere hæc pestis potuisset. Sed ita est profectio, lentus erat Constantinus, cum uereretur, ne aut præceps, aut crudelis esset. Quam placide in Arij causa gesse-

gesserit, mox uiderimus. Sed ut nunc magis uideamus, ecquid sibi iuris sumpserit, eiusq<sup>z</sup> exemplo ali⁹ etiam sibi sumpserint Christiani Cæsares in causis Ecclesiasticis: cum omnino de religione ipsa quæstio erat, neq<sup>z</sup> se, neque ciuiles suos magistratus indices esse uoluerunt, neq<sup>z</sup> esse debere, sape professi sunt. Ad Episcoporum enim cognitionem potius reuiciendam eam esse agnoscabant: neq<sup>z</sup> Episcopi passi fuissent, sub sellijs eam prophanis, & ciuili iurisdictioni summitti. Nota est hac de re epistola Ambrosii ad Valentianum. Itaq<sup>z</sup>, Gregorius episcopus Romanus, ad Mauricium Imperatore scribens: Serenissimi (inquit) domini mei animum non ignoro, quod se in causis Ecclesiasticis miscere non soleat.

Sed ubi de religione ipsa doctrinaq<sup>z</sup> Ecclesiae non ageretur, non existimari ut Christiani olim Cæsares causas illas, quæ de disciplina magis quam de ullo fidei (ut loquamur) articulo esse uidebatur, uel à sua cognitio-

Ambros.

epist. 32.

Greg. lib. 3

epist. 20.

gnitione, uel à suorum Magistratum foro alienas esse. Esto paſſi olim ſint Romanis ſuos Pontifices ſupranot as Censorū ſeſe efferre, ut ab ijs notari non poſſent: Christiani an: iſtis tantum ſibi tribui non poſtularunt. Nota eſt Chrysostomi ſententia, locum illum Pauli, quo iubetur omnis anima potestatibus, quæ gladium gerant, ſubiecta eſſe, interpretatis. Certè non dubitauit Constantinus, totam aliquando

Socrat.lib.  
1.hift.Ecccl.  
Sozo.li.1. Tyriam Synodum, quæ Athanasio iniuriam faceret, acriter increpare: & pro ſuo imperio non modo ad ſe euocare, ſed etiam castigare. Et Nicomedienſem clerum alloquens, ſuo quodam iure minatur, ſi quid ille turbet aut miſceat, vindicem ſe fore in eo genere mimime mollem.

Theod.li.  
1.hift.Ecccl.

I. quicq;. Nam & edita lege Honorius atq; Ax  
C. de epis. cadius Impp. Episcopum, qui publicam  
& cler. quietem perturbaret, & Episcopi nomine  
indignum pronunciant, & ea deiſciunt  
ſede, & deniq; exulare iubent. Quid  
comme-

commemorem Martiani Imp. duas consti-  
tutiones, ut sacerdotes & clerici in crimi-  
nali causa coram Präside vel Präfecto co-  
ueniantur? Certe hos quoque ciuiles magi-  
stratus fuisse ordinarios illorum iudices, no-  
minatum edixerunt alij paulo post Impp.

I. si qui ex  
consensu.  
C. de Epi-  
sc. aud.i.  
cum cleri-  
cis. C. de  
Episc. &  
cler.

Leo & Anthemius: neq; quisquam An-  
tistitum reclamauit. Nam neq; alij magi-  
stratus erāt, quam qui religioni fauerent,  
& Ecclesiae. Neque tamen dissimulo,  
Constantinum saepe multa siue cōdonasse,  
siue dissimulasse: plurimum etiam sacerdo-  
tibus indulisse, abhorrentem ab eorū uel  
criminatione, uel condemnatione, quorum  
ordinē sacrosanctum aut enilescere, aut cō-  
temptui esse, aut probro infamiaq; affici nō  
posse sine magno malo Ecclesiae, & grauiſſi-  
mo periculo, prudenter uidebat. Connive-  
re itaque interdum cogebatur. Videbat in  
Nicēna Synodo eos ipſos qui aduersus Ar-  
rium coruenerant Episcopos, relicto aduer-  
sario, mutuis ſe ſe uulneribus cōfodere, atq;  
e      etiam

I. omnes.  
C. de epi-  
sc. & cler.

etiam libellis famosis discerpere. Tam contentiosam, tamq; cæcam morositatem, imminente præsertim Arrio, & securè suauiter q; hasce pugnas spectate, magnum aliquid posse dare malum intelligebat. Quid faceret? Videt non esse tempus talium disceptationum, præsens etiam periculum uidet. Libellos itaq; illos, plenos hostilium criminationum, ad se delatos exurit: & ut potius quod instabat ageretur, negat eorum se iudicem fore. Olim Aristides in publico munere datus collega Themistocli, homini alioqui non ualde amico: Post habeamus dicebat, priuatas nostras similitates, Reip. defensioni. Oportebat Episcopos eadem saltem æquitate & prudentia in illo communi periculo incendi Arriani, eademq; animi moderatione ad aliquem ueluti syncretum reuocari. Cum id illi nō ficeret, fecit saltem Constantinus quod prudentem principē in eo rerū discrimine facere oportebat, ut præcideret omnem earum contentio-

tentionum materiam, atq; etiam memoria-  
riam: multa dissimulans, largitus multa,  
plurima de iure suo remittens. Sed quis fe-  
rat illos deinde sive sacerdotes, sive episco-  
pos, sive pontifices, qui posterioribus tem-  
poribus, eo exemplo non modo scelerum im-  
punitatem captarunt, sed & ab omni ma-  
gistratum iurisdictione & imperio exi-  
mere se non erubuerunt? Immunitas, quā  
Ecclesiarum ministris singulari iure con-  
cessit Constantinus, fuit, ut à personalibus  
(sic enim vocantur) muneribus liberi es-  
sent: ne eorum nomine à suo ministerio at-  
que functione uel abducentur, uel distra-  
herentur. Qua etiam ratione uetus Eccle-  
sie disciplina, ne pupillorum quidem tute-  
lam ijs mandari patiebatur. Epistolam, si-  
ue legem Constantini de illa, quam dixi,  
impunitate, commemorat Eusebius lib. x.

Sed & immunes esse uoluit Constanti-  
nus ab extraordinarijs sor didis' ue exactio-  
nibus, aut nouis collationibus: quod & Ho-

I.I. &c. C.  
de episc. &  
cler.

I. placet. C. norio Arcadioq<sup>b</sup> Impp. placuit. Verum  
 de sacros. ordinaria patrimoniorum munera, remis-  
 sa minime fuisse, dubium non est. Atque  
 ut capitulationem facile remitti potuisse fa-  
 teat: iugationem tamen (ut appellant) nō  
 legimus fuisse remissam. Erant itaque &  
 Ecclesiastica prædia ordinariis tributis ob-  
 noxia: & Constantini filios edixisse constat,  
 I.3. C. de e- ut clerici prædiorum possessores ad persol-  
 pil. & cler. uenda tributa fiscalia compellerentur. Ne  
 que ueteres Episcopi reclamarunt. Am-  
 brosius de Valentianino secundo loquens:  
 Si tributum (inquit) petit, non negamus.  
 Agri Ecclesiae tributum soluunt. Cete-  
 rum posteriorum temporum Antiflites,  
 ut locupletiores fuerunt, sic etiam fuere  
 Greg.li.7. insolentiores & difficiliores. Ceriè Grego-  
 epist.114. rius scribens ad Theodericum & Theo-  
 debertum reges Francorum, barbarè ex-  
 „ clamare non dubitat: Audiuius, quod  
 „ Ecclesiarū prædia tributa nunc præbeant;  
 „ & magna super hoc admiratione suspen-  
 dimur,

## Comment. Lib. I.

69

dimur, si ab ijs illicita querantur accipi, à " "  
quibus etiam licita relaxentur. " "

Scio & Aegyptijs olim sacerdotibus,  
& Persicis, & Acheniensibus, & deniq<sup>z</sup>  
etiam Gallorum Druidibus concessum fu-  
isse, ut à tributis & uectigalibus omnino  
immunes essent. Eiusq<sup>b</sup> rei testem habeo  
& Mosen, eiq<sup>b</sup> suffragantem Diodorum, Mos. Ge-  
& Esram, & Xenophonem, & Iulium nes. 47.  
Cæsarem. Sed Constantinus noster pruden- Diodorus  
ter reputans, quid postularet illa (ut uo- lib. 2.  
cant) per æquandorū tributorū, quæ Rei- 7. Xenop.  
pub. necessaria sunt, ratio, modū aliquem de uecti-  
seruari in hoc genere uoluit. Non ignora- gal. Cæs.  
bat, quod Appianus scribit, ueteres Ro- lib. 6. de  
manos multum hac in re suis olim sacerdo- App. lib. 4.  
tibus indulsiſſe. Sed uidebat posteriores eo-  
rum leges, quæ sapientiores habebantur,  
non fuisse tam profusas. Nam ne Pontifi-  
cem quidem excusari à muneribus patri-  
moniorum, tradunt: & quaratione philo- 1. ulti. De  
sophos immunitatem huius generis auare- mun. &  
ambit. honor.

ambientes repulerunt, sacrorum quoq; mi-  
nistros repellere poterant. Hoc exemplum  
si fecutus Constantinus est in suis clericis,  
neq; Reipub. nocuit, neq; ullam Ecclesie  
injuriam fecit. Nam & satis superq; alium  
de prospectum erat Ecclesiarū ministris,  
ne egerent: & quod ad eorum honestam  
quietem pertinere uidebatur, liberaliter  
concessum. Quod quidem cum ex ijs que-  
dicta antea sunt, satis intelligi possit, non  
committam, ut nel non necessaria reperi-  
tione, uel longiori hac de re oratione lectio-  
rem obtundam.

Legem porro de ferijs & festo die Do-  
minico, quam Ecclesiae ordo postulabat,  
sed quæ nulla alioqui superstitione res cini-  
les offenderet, & prudenter & religiose a  
Constantino editam, libro sequenti, suo com-  
modius loco, explicabimus. Illud nunc so-  
lu consideremus, sapienter fuisse in omnes  
partes prouisum, quod Reipub. Christianæ  
uel decus uel quies desiderare uidebatur.

Quid:

Quid multis? Cum tempora Constantini cogitatione perlustro, illud exclamare cogor: O fortunatam nimium, sua si bona non uisset, Ecclesiam. Enecta ad summū erat honoris gradum: omni genere felicitatis aucta, omnibus bonis ac propè etiam delicijs cumulata: denique sic res illi ad uoluntatem omnes fluebant, ut ad eum uideretur euasisse beatum, florentem, suauemq<sub>3</sub> statum, cuius splendorem & gloriam olim de scripsérant Prophetæ. Sed tam effusum Dei fauorem, & hanc tantam diuinæ benignitatis undiq<sub>3</sub> sese proferentis, & tanquam affluentis abundantiam, ingrati homines non modo, ut oportuit, non agnouere, sed etiam (ut solent indulgentia plerunq<sub>3</sub> reddi deteriores) ultro repulere: quiq<sub>3</sub> regnantis Christi solum altè iam sub latum in toto terrarum orbe, magis atque magis extollere debuerant, non solum perculerunt, sed propè etiam euenterunt. Certe per Antis̄ites plerosq<sub>3</sub> non stetit, quo

minus pessumiret: factumq; est eorum culpa, ut qui locus quietis & tranquillitatis plenissimus & esse debere & fore videbatur, in eo maxima & turbuletissima tempestates extiterint: & ex quo malorum medium atque leuatio sperari potuisset, ex eo mala omnia redundarint.

Ecclesiae Romanae presbyter Nouatus, & Antiochenae episcopus Paulus Samosatenus, magnas paulo ante turbas derabant. At ex duabus alijs clarissimis & uetustissimis non modo Ecclesys, sed multarum etiam Ecclesiarum ueluti metropolis, uidit Constantinus prodeuentes duos multo etiam infestiores religionis hostes: Acrium Alexandrinæ presbyterū, & Macedonium episcopum Constantinopolitanæ: quorum alter Christum impetebat, alter Spiritum sanctum. Quis non toto corpore & animo cohorescat, reputans, tales Gigantes, sola impietate armatos, ex nobiliissimarum Ecclesiarum sinu & gremio,

ad eas

ad eas ipsas pessundandas, & earū Deum  
oppugnandum, prosluīse? Satis superq;  
malorum erat, etiam si hæ uiperæ non ac-  
cessissent. Longè lateq;<sub>3</sub> uagabatur factio  
Nouatiana. Multæ erant reliquiæ uete-  
rum hæreseon: neq;<sub>3</sub> cessabat Donati factio:  
& inter ipsos Episcopos priuatæ simulta-  
tes atq;<sub>3</sub> dissidia exarserant. Quid reliqua  
mala commemorem? Sed summum ma-  
lum fuit Arius: cuius etiam factio inter  
omnes hæreses maximè caput extulit, diu-  
nißimeq;<sub>3</sub> debacchata est. Nam & trecen-  
tis iam annis omnia miscuerat, cum Ma-  
hometicus furor successit, cui quādam il-  
la ueluti uiam strauit: & in quem sic de-  
syit, ut hunc, quem peperit, longè deterri-  
num atq;<sub>3</sub> pestilentissimum fætum sibi sub-  
stituerit: quo magis facem fuisse agnosca-  
mus, cuius incēdio & uniuersus terrarum  
orbis, compluribus seculis conflagravit, &  
tota prope Ecclesia absunta extinctaq;<sub>3</sub>  
est. Auctor fuit huius tanti mali Arius

quidam, ut dixi, Alexādrinus presbyter: qui ambitione ardens, & nescio cuius repulsa indignatione irritatus, & uero inuidia quodam ueluti œstro percitus, sic commoto ingenio, & insaniae suæ indulxit, ut tanquam cornibus incurrit in C H R I S T U M ipsum: & Gigantæo quodam furore ausus sit, æterno Dei filio bellum indicere. Et uero ijs artibus pollebat ingenio, sus hic nebulo, & ad ostentationem compofitus artifex, ut multorum leues animos, & longioris opinor iam quietis impatiētes, nouarumq; rerum cupidos, in societatem nefarij sui dogmatis pelleixerit, suisq; castris adiunxerit. Non multis ante annis hanc telam orsus fuerat Antiochiæ Paulus Samosatenus. Et in Africa Sabellius non disimilem inchoarat. Sed neuter sum pertexere potuit. Nunc uero Alexan- dræ medius ueluti exurgit Arius, utroq; illo astutior, & ipso etiam Baslide Ale- xandrino hæresiarcha deterior: quodq;  
alij

alij fruſtra attēntarant, conficere ſe alia  
ratione putat poſſe, ſi quod una nō ſucceſ-  
ſit, alia aggrediatur uia. Nam eis Epifo-  
pi omnes, Ecclesiarumq; doctores, qui cum  
ſtatiuim refellere & poterant & debebant,  
alijs turbis nō diſtraherentur, ſed alia qua-  
dam pace ſummoq; ocio ſecūre perfrueren-  
tur: tamen ex eo ſuaui ſtatu, tanquam ex  
loco lubrico, facile hominum ingenia impel-  
li poſſe ad moliendas res nouas, ad ambitio-  
ſam oſtentationem atq; iſolentiam, ad ina-  
nes deniq; & odiosas contentiones, intellige-  
bat. Et quanquam domi acerrimos habe-  
re ſe ſentiret aduersarios duos, Alexan-  
drum epifcopum & Athanasium: tamen  
ſi erumperet, magna ſibi ſubſidia non de-  
futura exiſtimauit. Saltē ſe quodam ue-  
luti pomoꝝ eidōs in Eccleſiam inieco, ma-  
gnas turbas, in quibus regnaret, excitatu-  
rum exiſtimauit: & uero immiſſa in eam  
flamma diſſenſionum, ut ille olim incenſo  
Dianæ templo, magnum aliquod & me-

morabile nomē relaturum. Neq; uero dis-  
simulo, multos Episcopos, qui se illi adiun-  
xerunt, suo etiam hoc duce fuisse deterio-  
res, magisq; præfractos: & incalente, ut  
fit, contentione longius progressos, eō rem  
perduxisse, ut ipsius etiam Ariū spem atq;  
expectationem superarint. Sed magnam  
tamen initio fuisse Ariuversutiam, ut e-  
rat etiam astuti hominis uafratectaq; ter-  
giuersatio, agnosco. Non modo in lucem re-  
vocare, sed etiam in Ecclesiam inuehere  
uolebat, explosam Pauli Samosateni fabi-  
lam. Si aperie, ut ille egerat, hanc tragœ-  
diam ageret, nihil esse spei uidit. Sabelly  
uerò actionem, quæ ad fallendum magis  
composita erat, eadem se fraude imitari de-  
bere iudicauit. Primum itaq; confessus est,  
Christum esse Deum, filiumq; Dei. Sed  
quod uerbo confitebatur, re ipsa negabat.  
Nam eum non esse Deum aternū, clam-  
mussit abat. Unum cum Patre esse fateba-  
tur: sed uniuersum esse fingebat: tādem etiam  
cum

cum urgeretur, ὥμος τοιούτον esse negabat.  
Quid multis? Cui diuinitatem concede-  
bat, diuinitatis substantiam deirahebat.  
Denique sic sua dogmata tegebat, miscebat,  
atque inuoluebat, ut non cuiusvis esset eorū  
impietatem deprehendere: multo uero mi-  
nus refellere. Sic enim ea diluebat, atque ex-  
tiā depingebat, ut facile falleret, insidijs,  
non aperto marte, rem suam agēs: ut hanc  
hæresin, temporibus deinde adiutam, &  
multorum siue improborum siue imperico-  
rum insano fauore exceptam, atque etiam  
promotam, tantos fecisse progressus, nō ual-  
de mirari debeamus. Longa est histo-  
ria, longae ambages. Sed tota hæc tragœdia  
tam est olim à multis, tamque diligenter atque  
etiam copiose descripta, ut multas eius par-  
tes non inuitus nunc prætermittam. Quan-  
quam ueteres horum temporum historiæ  
tam sint confusa & redundantes, ut &  
rerum ordinem perturbent, & propè ob-  
ruant lectorem.

Cum

Cum audisset Constantinus motā Ale  
xandriæ esse hanc controuersiam, statim  
ut huius dissidij flammatam surgentem, &  
non nisi adhuc fumantem extingueret, le-  
gatum, & ueluti pacificatorem, misit, O-  
sium Cordubensem episcopum, hominem  
singulari prudentia: misuq; cum literis sa-  
pientissimè scriptis ad concordiam sarcien-  
dam. Ubi suas etiam preces cotemni, suiq;  
legati monita repudiari intelligit, neq; mo-  
do se uel monendo uel horiendo nihil profi-  
cere, sed etiam pestem illam Ariana magis  
atq; magis inualescere, & longè lateq;  
grassari, simulq; acerrimas exardescere  
contētiones, quæ nisi tempestiū cōponeren-  
tur, Ecclesiam pessundarēt: neq; animum  
abiecit, neq; tædio aut desperatione (quod  
multi facerent, tam & ingratis esse homi-  
nes, & inutiles suos labores, experti) opus,  
quod suscepérat, abiecit: sed magno animo  
quem nulla frangeret offendio, despiceret  
qua potissimum ratione nouum hunc  
Eccle-

Ecclesiae morbus sanaret. Et quidē sapientissime iudicauit, nihil satius esse, quam Synodum cogere, in qua tanquā in sacrofando Senatu, causa cognita, collatisq; sententijs, controuersiae religionis dirimerentur. Nam & alia multa erant, quae hunc conuentum exposcere uidebantur: neq; aliter, quod ex re omnium Ecclesiarū eſſet, constitui posse. Ergo animum induxit suum, ut hoc cōcilium indiceret: neq; quicquam, quod ad id cogendū pertinere uideretur, prætermitteret. Habuit aliquando impium collegam Lycinum, qui, quantum poterat, piorum Episcoporum conuētus dissipabat. Sed tanto laudandus Constantinus magis est, qui nihil habuit antiquius, quam ut ij, cum opus eſſet, coirent. Talibus enim comitijs Ecclesiam ueluti communiri sentiebat. Dixit olim Cornelius Tacitus, facile uinci Britannos, quod in commune non consulant: nihilq; eorum hostibus eſſe utilius. Potuit hoc etiā in sua Britannia

## 80 De Legib. Const. M.

tannia audire Constantinus. Sed ueteris Ecclesiae exempla multa erant, quæ usum Synodorum satis commendarent. Ut uero una aliqua Synodus coiret, quæ esset non solum Christiana, sed etiam (ut loquimur) œcumenica, & in quam omnes undiq<sub>z</sub> ex omnibus prouincijs concurrerent: suo imperio opus esse, suaq<sub>z</sub> cura intellexit Constantinus. Nam neque alius quisquam tantum potestatis habebat, ut omnium nationum episcopos cogere posset, atq<sub>z</sub> etiam iustos compellere, ut in unum aliquem conuinent locum. Itaq<sub>z</sub> & alijs deinde Christiani Cæsares exemplo Constantini, ius hoc indicendorum, & conuocandorum generalium (ut appellantur) conciliorum habuere. Sic Theodosius Constantinopolitanus, & Theodosius alter Ephesinum, & Martianus Chalcedonense coegerit: ut posteriores non commemorem. Ac ipse quidem etiam Hieronymus non modo significat, id suis quoq<sub>z</sub> temporibus factum esse, sed

sed etiā ita fieri debuisse. Cūm enim quan-  
dam Synodum, quam obijciebat Rufinus,  
confictam eſſe contenderet: Doce (inquit )  
quis Imperator eam iuſſerit cōgregari. &  
alio loco meminit Imperialium literarum,  
quæ Orientis atque Occidentis Episcopos  
propter quasdam Ecclesiarum diſensio-  
nes Romam pereraxiſſent.

Ergo Constantinus Nicæa, quæ Bithy-  
niæ clarissima ciuitas erat, omnes undique  
Ecclesiarum ministros conuenire iubet: pu-  
blicisq; etiā sumptibus uehicula, & de ſuo  
firſco quod ad ſingulorum uiatica eſſet ne-  
ceſſe, dari uoluit. Conuenerunt plusquam  
trecenti Epifcopi: quorum bona magnaq;  
pars ſuæ & pietatis & uirtutis inſignia ue-  
luti inuicta, uulnera dico, quæ ſub tyrannis  
antea pro Christo pertulerant, circumfe-  
bat. Duo abfuerunt magni nominis Anti-  
ſites, Romanus, & Constantinopolitanus:  
legatos tamen ſuos miserunt. In primis au-  
tem in hoc ſenatu & sanctiſſimo confeſſu  
f audiebatur

Hieron. in  
apolog.  
cōt. Rufin.  
Hiero. in e-  
pitaph. Pau-  
læ.

audiebatur Alexander episcopus Ale-  
xandrinus, cum suo Athanasio. Ecclesia  
enim ipsa, ex qua Arius prodierat, ad e-  
um reuincendum, hæc duo ueluti fulmina  
belli sanctissimi, emisit. Proximus asside-  
bat Eustathius episcopus Antiochenus:  
nam & hic meminisse poterat, quibus pat-  
lo ante armis uictus Antiochiae fuerat  
Paulus Samosatenus, iisdem Arium esse  
conficiendum. Arius ipse accersitus etiam  
est, ut se sisteret. Sed impij homines piorum  
conuictum non secus fugiunt, atq[ue] latrones  
crucem. Non est quod hoc loco pluribus  
uerbis describam totam eius tergiuersatio-  
nem: illud tantum dico, non nisi mala con-  
scientia deterritum, quo minus ueniret,  
fuisse.

Constantinus nobilissimum hunc Nicæ-  
norum Patrum confessum, quo nihil dein-  
de unquam illustrius habuit Ecclesia, ea est  
reuerentia prosecutus, ut honoris eum can-  
sa primum salutans, sue obseruantiae sum-  
mam

nam ediderit significationem: nihilq; prætermiserit, quod ad eum ornandum pertinere putaret. Neq; uero intererat, tanquam in scena Λεωφορ ωρόσωτος: sed suas ita partes egit & monendo & hortando & consulendo, ut tanquam choragus actione etiam sua totam illam nobilissimam coitionem ualde confirmarit. Et uero cum uide ret, non satis alioqui inter eos qui conuenabant, bene conuenire: nihil non fecit, modo hunc, modo illum prehensans, ut depositis priuatis simultatibus reuocarentur ad eum, quem commune periculum exposcebat, syncretismum.

Illud uero memoria in primis dignum est, quod sententiam dicturis iudicibus lege sanctissimam præscriperit, breuem illam quidem, sed qua iudicio Ecclesiastico nulla uel melior uel religiosior, aut dicta unquam lex fuit, aut dici profecto posset. Eius uerba fuere:

Eυαγγελιον βιβλοι και αποσολαι

f 2 και,

καὶ, καὶ Τῶι ταλαιπῷ περιφῆτῷ τὰ  
θεωρίσματα, σαφῶς ἡμᾶς ἀ χρήσε<sup>ς</sup>  
εἰ τοθείς φρουρέις εἰπαδόντοις. τὸν  
τολεμιὸν ἐμὲ ἀπελάσαντος ἔριψ, ἐκ  
τῶν θεοτυπίσωρ λόγωρ λάβωμεν τῷ  
ξητσμάτῳ τὸν λύσιμον.

Si qua fuit unquam & pī & prudentiis  
principis constitutio in Ecclesia ualde ne-  
cessaria: hanc certe unam in primis tunc  
fuisse, & nunc esse maximè, facile omnes  
qui sano iudicio sunt, uel me tacente, agno-  
scunt: ut quod Constantinus sensit, omnes  
seniant, sacras literas esse ueluti tabulas à  
Deo consignatas, quarum oracula contrō-  
uersiae religionis definiantur: quarum iudi-  
cio uerum à falso discernatur: & ad quam  
denique ueluti regulam, tota Ecclesiae doctri-  
na exploretur: neque fas esse, ut Antistites  
aliam uel comminiscantur uel excudant,  
sed neque ab hac uel latum unguem discede-  
re debere. Si ciuilis iurisdictio scriptis legib.  
magis regitur, quam arbitrio Magistra-  
tuum:

tuum: si à Prætoris formula olim iudex  
datus recedere non potuit in iudicando:  
quid nos facere par est, cùm de rebus diui-  
nis quæstio est? Placuit itaque lex hæc  
Nicænis patribus: quā cum sibi præscribi  
non recusarunt, quantum Synodis tribue-  
rent potestatis, quantumq; earum decretis  
tribuendum eſſe iudicarent, non obscurè si-  
gnificarunt. Neq; uero id ijs tantum pla-  
cuit, sed multis etiam alijs deinde sanctissi-  
mis & Episcopis & Principibus.

Ambrosius ad Gratianum Imp. scri-  
bens: Scripturæ (inquit) interrogetur, in-  
terrogentur Apostoli, interrogentur Pro-  
phetæ, interrogetur Christus. Sed &

Augustinus cum Petilio Donatiano co-  
greſſurus, in primis postulat hos arbitros:  
Non audiemus (inquit) hæc dico, hæc di-  
cis: sed audiæmus, hæc dicit Dominus. Sūt  
certè libri Dominici, quorum authoritati  
utriq; consentimus, utriq; credimus, utriq;  
seruimus. Ibi queramus Ecclesiam, ibi di-

scutiamus causam nostrā. Sed & cum illi res esset cum Maximino Ariano, il- lud ipsum urget, in eo insistit. Sed neq<sup>z</sup> ul- lis concilij tantum tribui patitur, ut eorū potius quam sacrarum literarū decretis negocium transfigatur. Idem etiā narrat, Theodosium, cum iussisset conuenire Syno- dum Carthaginensem, in qua Donatiani episcopi cum Christianis committerentur, huic collationi (ut appellabatur) hanc le- gem præscripsisse, ut superstitionem mani- festaratio refutaret. Christianos autem in primis protestatos esse, in ea quæ tum agita- batur quæstione, non nisi diuinarum scri- pturarum testimonij uti sese uelle. Si posse riorum etiam temporum exemplum ali- quod requirimus, annis post nostrum Co- stantinum plusquam trecentis, alias / " statinus IIII Pogonatus, cum proper- nothelitas Synodus Constantinopolitana coegisset, Episcopos qui conuenerat in pri- mis monuisse dicitur, ut posita contentioe ne,

ne, uerum religiose inquireret: ex ipsaq<sub>3</sub> etiam bibliotheca Constantinopolitana de-  
promptos sacrarū literarum libros ijs pro-  
posuisse.

His igitur armis instructi Niceni Pa-  
tres, post religiosam maturamq<sub>3</sub>, deliberatio-  
nem Arianum dogma iugulant, eiq<sub>3</sub> a-  
nathema denunciant: & Christianā atq<sub>3</sub>  
Apostolicam de aeterna Christi diuinitate  
doctrinam non modo fortiter constanterq<sub>3</sub>  
asserunt, sed & explicatam certa quadam  
formula concludunt.

Aderant multi senes, qui cōcilio An-  
tiocheno, quod annis ante quinquaginta co-  
ierat, aduersus Samosatenum, adolescen-  
tes interfuerant: & meminerāt, quidiam  
rum illi qui Apostolorum discipulis suc-  
cesserant, magno consensu hac de re pronū-  
ciarant. Tali tantoq<sub>3</sub> praeiudicio ualde con-  
firmatum Nicenum decretum fuisse du-  
biū non est: quanquam satis huic alioqui  
in oraculis sacrarum literarum eſſet & fir-

mamenti, & testimonij, & probationis.  
Neq<sup>z</sup> uero dissimulo, non ita potuisse rem  
componi, quin aliquid deinde turbarū e-  
tiam fuerit inter eos ipsos qui orthodoxia a-  
lioqui erant, & ab Ario auersi: qualis illa  
contētio fuit, quæ propter uocem ομοσοις  
inter Eustathiu episcopū Antiochenū &  
Eusebiū Cæsariensem exarsit. Sed de uerbo  
magis quam de re quæstio inter eos erat.

Audiuit sanctissimam de Christo sen-  
tentiam Nicenam Constantinus. Sed neq<sup>z</sup>  
propterea fractam Arianorū audaciam,  
neq<sup>z</sup> insolentiam compressam uidit. Quid  
faceret? Uult Paulus, ut hæreticum homi-  
nem post unam uel alteram admonitionē  
Episcopus fugiat, misumq<sup>z</sup> faciat tāquam  
hominem deploratum. Sed principem uel  
magistratum etiam hic cessare non iubet.  
Est quidē Ecclesiæ prima in hoc genere si-  
ue cognitio, siue iurisdictio. Sed ubi & eius  
contemnitur iudicium, & disciplina: Ma-  
gistratum officium suum facere necesse est.  
Quid

Quid igitur fecit Constantinus? Natura molis erat, & lenis. Videbat infelices Ecclesiás dissidijs conturbatas atq; dissectas. Ut coalescere possent, nihil non faciebat: multa largiebatur, saepe etiam plus quam opor teret. Ne malū augeret, si ageret asperius, metuebat. Arium ipse conuenit. Hic con uentus, negauit in ea se esse hæresi, in qua esse dicebatur: neq; modo addidit menda cia culpæ, sed & periuriū. Tum uero Constantinus non potuit attonitus aliud respon dere, quam quod eum respondisse narrat Epiphanius: Si ita eset, & uere iuraret, & ex animo loqueretur Arius, insontem esse posse: sin minus, Deum periuri etiam ultorem fore. Facilis, & fortasse etiam pauo indulgentior erat Constantinus, cum du rius nihil temere decernere auderet. Eius uero bonitate facile abutebantur astuti hypocritæ: ut erant ad fallendum ingeniosi. Idq; intelligi etiam facile potest, cū ex Constantini sententia legimus, & ab exilio se

mel reuocatum fuisse Arium, eiusq; pa-  
tronum Eusebium Nicomedensem episco-  
pum: & relegatum aliquando ipsum A-  
thanasm. Sed ne boni principis patientia  
& facultate diutius abuterentur homines  
impij, huius tandem manū, quæ contuma-  
ciam intolerabilem comprimeret, armavit  
Deus. Nonendo, atq; etiam deprecando  
cum nihil se proficere uidit Constantinus,  
ad minas & iustum severitatem aliquam  
se seueruit. Arianos præfactos perpe-  
tuo exilio & infamia multari, eorumq; li-  
bros concremari, & possessores, qui eos ce-  
lauerint, etiam suppicio affici debere edi-  
xit. Extatq; hoc adhuc eius edictum. Ul-

Socr. lib. I.  
histo. Eccl.

trà progreedi ausus non est. Sed Deus ipse ui-  
no & uidente Constantino Arium, prin-  
cipem & autorem illius deploratae factio-  
nis, nouo quodam & prodigioso mortis ge-  
nere confecit, ingressum iam Constantino-  
polim, & Alexandro episcopo Constanti-  
nopolitano, si congrederetur, dira minan-  
tem.

tem. Nam cum eius fætorem ne ipsæ quidem cloacæ ferrent, disruptis effusisq; intestinis, fætidam animam eructando exhalauit. De hoc tragico nō hominis, sed portenti exitu, qui multa profectio nos monet, et si plurima utiliter dici possent, plura nunc non dicam: priuatis uero pī lectoris cogitationibus ea relinquam. Cum prodigiosum interitū uel Herodis uel Juliani legimus, aperiē agnoscimus Domini iudiciū, non solum ferientis, sed armata etiam manus insectantis ipsos tyrannos, deq; ijs palam triumphantis, & quædam in sua Ecclesia ueluti trophya erigentis. Cum audimus Olympium quædam impium Carthaginem sem antistite, quo tempore aduersus sacro-sanctam Trinitatem publicè suas blasphemias euumeret, igneis de cœlo iaculis confessum esse: & eadem etate in Oriente Anastasium Imp. cum suam nescio quam Quaternitatem adorari præciperet, fulmine iustum repente concidisse: laudamus uincem dicem

## 92 De Legib. Const. M.

dicem Dei dexteram, qui singulari aliquo  
exemplu palam aliquando testatur, quod  
iudicium maneat impios homines, qui uel  
Ecclesiae insultare impunè se semper posse  
putant, uel ipsi etiam Deo Gigantæa qua-  
dam audacia bellum indicere. Sed in A-  
rio impia huius conspirationis principe in  
primis oportuit tale aliquod edi exemplum  
cœlestis vindictæ, cuius recordatio & affli-  
ctam Ecclesiam consolaretur, & eius ho-  
stes terreret, & posteritatem ut sibi caue-  
ret, moneret.

Ut ad Synodum Nicænam reuertar:  
Epiphanius eius acta, piaq; decreta Consta-  
tino accepta ferens, ait, duo maxima per  
hunc beneficia Ecclesiae suæ Deum conti-  
lisse: certum nempe fidei symbolum, &  
certam atq; constitutam celebrandi Pa-  
schatis siuerationem, siue diem. Symbolo il-  
lo tota sacrarum literarum sententia de  
Trinitate explicata, simulq; in eam formu-  
lam quæ deprauari facile non posset, reda-  
cta est.

da est. Quo nihil uel maius, uel necessariū magis, Ecclesiae relinquī potuit. Nam et si de eo ipso multæ deinde rixa, & certamina consecuta sunt: conuelli tamen non potuit, aut adulterari, aut Ecclesiae extorque ri. De die Paschæ quæstio, res leuior uideri poterat: sed multis iam tamen annis magna & graues dederat turbas, & Ecclesiæ distracterat, atq<sup>u</sup> adeò Orientē & Occidentem hostiliter commiserat. Qui eam itaq<sup>u</sup> controuersiam sustulit atque compo sūt, (ut in Nicæna synodo componi curauit Constantinus) & perniciosum schisma sustulit, & publicæ tranquillitati Ecclesia rum prudenter consuluit. Discessum autem est magis in eam sententiam, ut Paschæ dies solennis esset Dominicus ille, qui proximus esset post pleniluniū, & proxime sequeretur solis & lunæ obiectum pri mium post hybernum siue uernum Aequinoctium. Nam ipso die pleniluniū Pascha celebrare nostri noluerunt, ne quid cum

## 94 De Legib. Const. M.

cum Iudeis habere commune uiderentur. Superstitiosior fortassis fuit posteritas in hoc genere, quam opus erat: atque ut eam puniret Deus, passus est, sensim uitata anni mensumq; supputandorum ueraratione, & aequinoctiorum diligenti consideratione neglecta, eò rem recidere, ut integro propè mense imprudentes plerunq; nunc dissideamus ab eo, quē Niceni patres præfixerant, die Paschæ. Olim Romani episcopi, ne fallerentur, solebant singulis annis Alexandrinum episcopum consulere de aequinoctio uerno, proximoq; plenilunio. Nam in Alexadrina schola ualde celebatur cognitio cœlestium motuum atque astrorum. illa uero extincta atque dissipata, facile per errorem recessum est à Niceni decreti præscripto. Sed & iam tempore Niceni conuentus, anni mensumq; descriprio atq; cōstitutio aliquam postulabat correctionem: dignam profectio, de qua Constantinus ad hunc ueluti suum senatum, in quo mult;

multos fuisse rerum Astrologicarum peri-  
tos dubium non est, aliquid referret: & in  
hoc genere saltem Iulium Cæsare non mo-  
do imitaretur, sed etiam superaret: neq<sup>z</sup> mo-  
do quod ab eo bene inchoatum erat absolu-  
neret, sed & si quid e<sup>t</sup> esset temerè neglectū,  
quod deinde temporis progressu magnos er-  
rores peperit, & posteritati magis atq<sup>z</sup> ma-  
gis nocet, sarciret. Nam & magna ple-  
rumq<sup>z</sup> rerum momenta sunt in momento  
temporis non magno.

Porro Constantinus id agens, ut in pri-  
mis quod ad Ecclesiarum & coniunctio-  
nem & tranquillitatem pertinere uideba-  
tur, cōstituat, nullamq<sup>z</sup> uel dissensionis uel  
turbarum materiam relinquat, operam  
etiam dedit, ut Nouatiana simul hæresis,  
qua<sup>e</sup> iam annis propè centum, cum nullam  
uenia spem ijs qui lapsi erant relinquenteret,  
Ecclesiam concusserat, reprimeretur: sed  
ita repudiaretur, ut Ecclesiae tamen disci-  
plina, & ueteris exomologeos severitas  
non

## 96 De Legib. Const. M.

non labefactaretur. Intererat Nicæno con-  
uentui Acesius Nouatianorū episcopus.  
Hunc Constantinus interrogat, ecquid sibi  
cum sua secta uelit? Ille sic placide respon-  
det, ut dogma Nouati mollire uideretur:  
Non recusare se, quin ad pœnitentiam ad-  
mittantur lapsi: sed pœnitentes, sic arcane  
Dei iudicio esse relinquendos, ut ab Eccle-  
sia ministro non absoluantur, sed ad Dei  
tribunal incerti suspensi reiciatur. Tam  
ambiguum responsum Constantinus, ut de-  
buit, non secus atq; ludibriū respuit. Rem  
autē totā ad Nicænos patres refert. Nam  
et audiebat in Africa Donatianos ean-  
dem propè telam texere, et meminerat  
hac tota de re inter Aegyptios quoq; epi-  
scopos paulo ante acerbissimam contentio-  
nem excarsisse, et triste schisma natum es-  
se, alijs Petri Alexandrini episcopi huma-  
niorem sententiam, alijs Meletij severio-  
rem defendantibus. Neq; uero hic se Con-  
stantinus gerere, ut postea se gessit Theo-  
dosius

dosius in Synodo Constantinopolitana, uoluit: neque profecto debuit. Viderat Theodosius Constantinopoli Sisinium Nouatianorum antistitem securum exultare, & luxu diffluentem scurriliter etiam illudere simplicitati piorum hominum. Viderat in Synodo Constantinopolitana, quæ Arianis atque Macedonianis confutandis occupata erat, hæresim Nouatianam, quia ab utrisq; aliena esse uideretur, cum tamen alioqui non minus malum aleret, non attingi: aut certè sic elabi, ut speciem quandam suffragij potius quam codemnationis referre uideretur. Videbat hæc Theodosius, & connivebat: tantumq; abest ut Nouatianos castigaret, ut etiam legem de Apostatis tulerit, quæ ab eorum errore non omnino abhorrere uisa sit. Prudenter Constantinus. Sciebat Nouatū iam pridem condemnatum esse in quodam confessu Romano. Audiebat in Gallia Rheti cum episcopum Heduorum, acerrima di-

sputatione Nouatianos refutantem. Sed quia eorum multæ sparsim erāt reliquæ, recte iudicauit, ualde esse necesse, sententiam Nicæni concilij etiam audire: & interea de tota ratione pœnitentiae, & misericordiæ exomologeseos (qui disciplinæ Ecclesiæ strictæ tanquam nervus erat) certa quædā profiri decreta, præsertim cum multi hac in re etiam antistites peccarent, & modo seue riores erant atq; duriores, modo indulgentiores. Nicæna synodus, ut intra suos fines rem totam reuocaret, sic Nouatianā hæresim damnauit, ut simul Ecclesiæ disciplinam suis legibus communiret. Meminerat, Cyprianum in hac causa iustum huc modum ueluti præscripsisse. Hoc itaque exemplo pronunciat aduersus Nouatianos, siue Catharos, (sic enim se appellare non prædicti impuros illos nebulones) non esse reuiciendos, aut plane ab Ecclesia exterminandos reos pœnitentes, ne eos quidem qui Novato nomen dedissent. Ac cum his resipiscencibus

piscētib. mitius etiā agit. Solam enim ab  
ijs exigit ingenuā erroris confessionē, & ue-  
luti testatā sanioris doctrinæ approbationē:  
Erga lapsos durior est. Lapsos tunc appel-  
labant, qui ad aliquam idololatriā, eius ue-  
simulationem pertracti fuissent. Hoc enim  
summum esse nefas existimabant: neq;  
de alio magis ullo peccato castigando solliciti  
ueteres fuisse uidentur. Nicæni iudices spē  
ueniæ reliquam ijs pœnitentibus ea lege fa-  
ciunt, ut à cœnæ Dominicæ communione  
arceantur, donec præscriptis annis in tristi-  
reatu sordidati, sua pœnitentie solennem de-  
derint significationem. Hacq;  
tota de re cer-  
tos edunt canones, seueros profecto, sed eo-  
rum temporum moribus necessarios. A-  
ctionem illam publicæ pœnitentie, quam  
Exomologesim uocabant, in totū aliquan-  
do decennium protenderunt. Sed tunc lo-  
quuntur de ijs, qui imperāte Licinio, non  
tam ullo metu, quam sua uoluntate coa-  
cti, Christi & Euangeli confessionem de-

generi quadam leuitate abieciſſent. Ut ut  
autem post impletam exomologesim, lap-  
ſos, quos pœnituerat, recipi, & in Ecclesiā  
inſeri patiuntur: in clericorum tamen mi-  
nistrorum' ue ordinem cooptari, uel in ullo  
Ecclesiæ ministerio uersari (quod tamen  
Nouatianis resipiscentibus negasse non ui-  
dentur) poſſe negant. Fuit quidem ue-  
tus illa xii tab. lex: Sanatibus idem ius  
eſſe, quod fortibus. Sed qui eam ipsam Ro-  
mæ laudabant, suos tamen deteriori iure  
habebant Deditios. Cur eodem iure non  
censeret suos Sanates Ecclesia, & ut mini-  
ſterij dignitatē tueatur fortes præferre?

Est & illud singulari laude & sem-  
piterna memoria dignum, quod Nicæni  
Patres monuerunt, cum de pœnitentia a-  
geretur, non eſſe hærēdum in externa exo-  
mologiſi, quæ ſimulata eſſe potest: sed inte-  
riorem animum, ex re ipſa aſtimandum  
eſſe. Nam hypocriteos magnos eſſe receſ-  
ſus, & fronti fidem non temerè habendam  
eſſe,

esse, non ignorabat: neq; nesciebant, quam  
lubenter soleant homines in externis cere-  
monijs hærere, atq; subsidere. Erat qui-  
dem tam longa tamq; difficilis actio præ-  
scriptæ exomoleges eos, ut sepe desperatio-  
nem, sæpe tedium, & ex hoc etiam hypo-  
critis páreret. Sed si indulgentiores fuis-  
sent, metuebant, ne aut uitij habenas la-  
xarent, aut Ecclesiæ communionem pollu-  
erent. Quid tamē postea acciderit, & quo  
tandem eorū canones uel detorti sint, uel  
reciderint, dicere non est huius loci. Illud  
constat, multis etiam post Constantinū an-  
nis retinuisse uerum suum usum, ut qui ijs  
defungeretur, Ecclesiæ diceretur satisface-  
re. Sic enim & ipse Augustinus loquitur.  
Ac si in hoc genere seueriores fuisse dican-  
tur Niceni Patres, dico non temere id se-  
cise, ut & disciplinæ uinculum astringe-  
rent, & cœnæ Dominicæ sacrosanctam a-  
ctionem religiose colerent, neq; ad eā quen-  
quam nisi bene & diu exploratum admic-  
terent.

Porro quod ad ordinem ministrorum Ecclesiæ attinet, Nicænis patribus placuit, eos gradus conseruandos esse, qui iam tacito quodam hominum consensu, ex discipline Ecclesiasticæ usu instituti receptijs fuerant. Recens quidem adhuc erat memoria illius concionis, quam Cyprianus de simplicitate clericorum habuerat, ut ostenderet omnium pastorū Ecclesiæ unum & similem esse (ut loquitur) Episcopatum sub Christo, communianquam capite & principe. sed ut nihilominus ad disciplinam magis continendam, unus collegio presbyterorū praefectus Episcopus fuerat: sic inter singularum ciuitatum Episcopos, ordo quidam & gradus necessarius esse vissus est. Ac illud quidem naturaliter evenerat, ut Ecclesiæ tanquam suas Metropoles in primis eæ ultro Ecclesiæ colerent ac reuererentur, quæ ex illis ueluti deducere coloniae fuerant. Itaque factum etiam iam inde ab initio est, ut in singulis prouincijs

cis plurimum & honoris & potestatis Ec-  
clesiae illi delatum sit, ex qua erant aliae ue-  
luti propagatae: ut in Palæstina Hierosoly-  
mitanae, in Aegypto & Africa Alexan-  
drinæ, in Asia Antiochenæ, in Italia Ro-  
manæ. Et ut in descriptione ciuitatum ac  
prouinciarum, maxima & nobilissima  
urbes quodam iure ἡώριμοι πόλεων do-  
nabantur, sic earum plerumq; episcopi in  
suo genere maiori aliqua tanquam præfe-  
ctura & dignitate ornabantur: & ubi præ-  
fecti Prætorio suas sedes habebant, quibus  
reliqui magistratus parebant, ibi etiam e-  
piscopi hoc exemplo alijs paulo esse maiores  
uidebantur. Deniq; ubi Præfides prouin-  
ciarum suos cōuentus habebat, & forum:  
carum ciuitatum, que etiam Metropoles  
appellabantur, episcopi quoq; modo Me-  
tropolitæ dicebantur, modo Patriarchæ,  
modo primates. Primas enim in eo tan-  
quam Senatu suæ dioceſeos ij tenebant,  
quibus uetus li canones tribuit (ut horum

uerbis utar) ἐξοταρηνού τρεσβέω τῆς  
τιμῆς. Neq; uero uel ad fastum, uel ad  
tyrannidem, & quoddam tanquam re-  
gnum, aut certe oligarchiam quandam, il-  
la (ut ita dicam) prærogativa pertinebat,  
non magis certe quam Consulis potestas in  
Senatu: sed ad ordinem Ecclesiæ, quæ iam  
longè lateq; diffusa per uniuersum propè  
terrarum orbem erat, magis continendum,  
& disciplinam astringendā: ut in Repub.  
describuntur Magistratum & gradus,  
& præfecturæ, & ordines, & territoria  
& potestates.

Dicere solebat Constantinus, Eusebium  
non unius modo Cæsareæ, sed totius propè  
orbis episcopatu dignum eſſe. Minime tamen  
aut hunc aut alium quenquam huius  
generis Pontificem summū & Oecumeni-  
cum instituit: neq; instituendum eſſe Nicæ  
ni Patres iudicarunt. Sed ius & ordinem  
& autoritatem eorum episcoporum qui  
Metropoles regebant, conseruarunt, ut hi  
Metro-

Metropolitæ, qui & Archiepiscopi dicti sunt, in sua prouincia, tanquam territorio, & iudicijs Ecclesiasticis & Synodis & moribus singulorum episcoporum regendis ueluti præsens. Nam & quod iuris habebant episcopi in suos clericos, hoc in episcopos aliquando tributum esse Metropolitis uidetur: sicuti paulo post etiam creati supra Metropolitas sunt quidam maiores Patriarchæ, qui plurium prouinciarum maiores Metropoles, & tanquam capita, simili ratione & tanquam summa rerum Ecclesiasticarum administratione regabant. Ut autem hæc indies ex usu Ecclesiastice discipline magis atq[ue] magis constituebatur, sic etiam quod in hoc genere obscurius definitum erat in Nicæno cōcilio, planius explicatum est non multo post in concilio Antiocheno, & Chalcedonensi, & Constantinopolitano: & diligenter quæ huic pertinere uisa sunt, sunt constituta: Utinam uero sic res hæc tota componi posset,

tuisset, ut quæ ad Ecclesiæ ordinem & disciplinam initio utilis erat, semper etiam deinceps fuisse, & ambitioni Antistitium niam præclusisset potius quam aperuisset. Quid enim dicā, hac ambitione planè perfundatam postea fuisse Ecclesiam? Si consideremus, ecquò res tandem reciderit, & qualia multis annis fuerint certamina quorundam Patriarcharum, siue Romanum siue Constantinopolitanum, siue Antiochenum siue Alexandrinum dicas: profecto agnoscemus, ut olim Triumviri Rem pub. Romanam perdiderunt, sic hos Quartuviros, dum de suis opibus & dignitate dimicant, Ecclesiam perdidisse.

Sed hæc nihil ad Constantium, qui tales aliquando Satrapas futuros, qui Ecclesiæ curatores esse debebant, præuidere non potuit: & interea, quantū potuit, cum Nicenis patribus prudenter, quod ex re Ecclesiastica erat, constituit. Nam & cum clericos à suis Episcopis sese subducere, &

tanquam fugitiua mancipia ad alterius episcopi sedem, ueluti ad asylum temere con fugere non paterentur, & aliquatamen eos iniuria affici nollent: placuit, ut quotannis duæ in singulis prouincijs Synodi conuenirent, quæ clericorū prouocationes audirent, & de singulorum moribus & uita, & uero etiam doctrina, ueluti Censores essent: & deniq; causas aut controversias Ecclesiasticas, priusquam ad concilium manus deferrentur, si possent, componerent atque definirent. Nam concilio etiam Chalcedonensi proditum est, rem hanc totam hisce Synodis prouincialibus curæ esse debere. Neque sane talibus comitijs quicquam utilius fuit, ad continendam Ecclesiarum disciplinam: nihilq; pijs propterea principiis gratius. Fuit quidem hic mos conueniens, s̄epe deinde intermissus: ut multi male sibi conscijs semper fugiunt lucem & tribunal. Sed s̄epe etiā repetitus, & in usum reuocatus est, quandiu aliquis ordo fuit Eccle-

Ecclesiae. Certe Iustinianus Imperator annis post Constantinum propè ducentis, hac de re Constitutionem edidit, quæ testis erā eorum quæ dico, esse potest. Narrat, uetus hoc decretum fuisse, ut cum sacerdotibus episcopi in singulis prouincijs conuenirent bis quotannis: & si quid uitij erroris uue in Ecclesia pullularet, supprimeret: & quid illud esset, diligenter excuterent: atq[ue] si opus esset praesenti remedio, & id praestare posset, sanarent. Conqueritur id multis iam ante annis non fuisse obseruatum: proptereaq[ue] multos multis & erroribus & uitij laborare. Profitetur esse necesse, more illum & ordinem in usum reuocari. iubet itaq[ue], ut id omnino fiat: & ut ipsi etiā prouinciarum praesides urgeant episcopos: aut etiam si hi moniti cessent, Imperator rescribant, qui tales siue cunctatores siue regnifacatores castiget. Cum Iustinianum ita loquentem audio, Constantinum ipsum audiare mihi videor: cuius eandē fuisse & senten-

Sententiam, & uoluntatem, dubium non est.

Porro de creatione ministrorum Ecclesiae, honestissimi quoque Canones in Niceno conuentu compositi sunt, qui & Constantino ualde probarentur, & posteritati, quandiu disciplinam retinuit ullam, plus rimum placuerunt. Unusquisq; Episcopus suos clericos religiose examinatos, & publico testimonio probatos ordinabat, & certo ministerio ascribebat. Cyprianus hanc uocat ordinationem iustam & legitimam, que totius Ecclesiae suffragio & iudicio fuerit examinata: & suo tempore usitatam fuisse ostendit. Hunc itaq; morem diligenter retinendum esse, Nicenii Patres ccsuerunt: extatq; eorum lex aduersus presbiteros, qui ordinati erant ex eis, hoc est, sine examinatione. Porro in episcopo quoq; diligendo iam receptus mos erat, ut rogarentur suffragia non cleri modo, sed etiam populi. Hanc uero tanquam rogationem regebant uicini, qui eo nomine conuenie-

Cyprianus  
li. i. epist. 4.

niebant episcopi: & eius qui diligendus erat, doctrinam atque mores explorabant. Neq;<sub>z</sub>, opinor, adhuc planè exoleuerat mos ille uetus Christianorum, qui illius uirinomen etiam publicè prescribebat, ut omnium de eo iudicia sciscitaretur. Cericè hūc adhuc morem, centum ante Constantini annis, in usu fuisse, ostendunt qui Alexantri Seueri Imp. uitā describunt. Tandem uero totius Ecclesiae suffragijs creatus episcopus, tempore Constantini, confirmabatur, & ueluti consecrabatur, atque (ut ita loquar) inaugurabatur, manu & authoritate ipsius Metropolitæ, qui eo nomine conveniebat cum reliquis episcopis, & præsens hanc electionem regebat. Sic enim Canon Nicænus tribuit ei nūpos ἡώριῳ γιωμήῳ.

Est & illa memorabilis lex Nicæna, ut singuli Ecclesiae ministri, suam diligenter stationem tuerentur, eiq;<sub>z</sub> ueluti affixi & tanquam glebae ascripti essent: neq;<sub>z</sub> defultoria leuitate, ex Ecclesia una ad aliam trans-

transirent. Iam ea multorum Ecclesiæ ministeriorum animos occupauerat ambitiosa vanitas, ut sedes sæpe mutarent: & si possent, in Ecclesiæ maiores atque ampliores se se inferrent. Hanc siue inconstantiam, siue ambitionem, Nicenipatres coercere contari sunt: & quam quisq;<sub>3</sub> semel natus esset Spartam, eam ut ornaret, insserūt. prohibuerunt uero, ne statione sua deserra, alio transirent. Sed difficile est, insanâ compri mere hominū ambitionem. Sæpe itaq;<sub>3</sub> posteriores Synodi coactæ sunt Nicenum hoc decretum repetere, atq;<sub>3</sub> inculcare. Certe non multo post Constantinum, in conuentu Sardicensi, rursus id edicere fuit necesse: & eorum fraudibus occurrere, qui precio etiam redimebant populi suffragia atq;<sub>3</sub> uocem, ut se, minime scilicet ambientes, ultrò ab illa Ecclesia expetitos esse obrenderent. Osius episcopus Cordubensis, qui erat Constantino ualde familiaris, intererat Niceno concilio, cum lex aduersus bunc

hunc ambitum prima ferebatur. Sed ut a-  
pertius etiam in Synodo Sardicensi expli-  
caretur, operam dedit. Quid enim? Vide-  
rat Eusebium illum episcopum Nicome-  
densem, Arianorum patronum, statim  
atque mortuus Alexander pius antistes  
Constantinopoleos, qui Arium cōficerat,  
fuisse, Nicomedia deserta, quo iure qua-  
iniuria, contemptioq; Canone Nicæno, irru-  
ere in sedem Constantinopolitanam. Hac  
uerò ambitiosa transilio multis sēpe de-  
critis damnata, tam uisa est compluribus de-  
inde uiris pijs res impia, ut Damasus epi-  
scopus Romanus, cum ederet suæ fidei con-  
fessionem, nō minus eam detestetur, quam  
hæresim Arianam. Neq; tamen tam  
ad uiuum hæc reseco, quin iusta ex causa,  
si Ecclesiarum salus postulet, locū aliquan-  
do mutare possit episcopus (sēpe enim id o-  
lim etiam recte factum esse, ostendit Socra-  
tes lib. v i i. hist. Eccles.) sed ne temere,  
leuiter' ne id fiat, ne' ne ambitioni indulget  
tur, Veteres uoluere.

Postremo, ministros Ecclesiarum, qui non exemplo minus quam uerbo alios docere debent, tam castè uiuere debere, ut in hoc genere non modo crimine carerent, sed etiam criminis suspicione, cùm Nicæni patres grauiter indicarunt, tum uero recte intellexit Constantinus. Audierat Synodū Antiochenam acriter reprehendiſſe, atq; etiam accusasse Paulum Samosatenum, impudicum aſſeſtatorem mulierularum, quod ſibi ſuisq; ſectatoribus liberaliter permetteret, & familiari & domesṭica conſue tudine atq; cotubernio earum mulierum, quas honestiori uocabulo tunc Antiocheni appellare ſolebant οὐωυσάκτος, libere uti frui. Videbant, hoc exemplo speciosum turpis impudicitiae praetextum multis dari. Itaq; negant id ſe toleratuſos: & talium mulierum conſuetudine, quæ ſuſpecta eſt, interdicunt Ecclesiarum miniftris. Cyprianus ſcribit lib. I. epift. II. ſuo tempore Diaconos cum ſacris uirginibus non modo eode-

tecto, sed & lectio uti uoluisse: & illas, cum  
propterea reprehenderetur, iactasse nihil  
minus se uirgines esse, & ad obſetricum in  
dicum prouocasse. interea turpiter multa  
fecisse. Hæc audierunt & Nicæni patres.  
Itaq; ut semel tota hæc labes elueretur, edi-  
xerunt, quod dixi. Sed quid non perfrin-  
git hypocitarum libido? Sæpe repetuum  
fuit hoc decretū expellendarum ṭōpōσων  
εισάγοντων, extatq; hac de re nō modo Chry-  
ſostomi uehemens oratio, sed & lex severa  
Iustiniani. Verū eadem impudentia,  
& hæc & illa tandem contempta est.  
Legem Constantini de concubinis, libro se-  
quenti explicabimus, ut & alias eius de  
nuptijs leges. Nunc Nicænas tantum per-  
sequamur. Illud uero nouum & inſo-  
lens fuit, quod quidam in Nicæno conuen-  
tu Patres, nō contenti eanescio qua confue-  
tudine, quæ ijs qui celibes ad Ecclesiæ mi-  
nisterium delecti effent, ius deinde uxoris  
ducandæ non dabat, niſi si ministerio ce-  
deret

dere uellent: præterea etiam uoluerunt, aliorum contractas antea nuptias dirimere: atq; etiam ijs qui cùm mariti essent, in Ecclesiæ tamen ministerium & ordinem fuerant cooptati, suarum coniugum usu & consuetudine interdicere. Fuit certè, fuit ea plerunq; Græcorum lenitas, ut modum nullum seruarent. Initio polygamiam ita amarunt, ut una non essent contenti uxore. Nunc ne unam quidem uel sibi uel alijs relinquunt. Quicunq; tamen ille fuit, qui huius rei mentionem primus iniecit, certè in suam mox sententiā suos collegas Nicænos pertraxerat: & perlata lex tam iniusta fortasse etiam fuisset, nisi huic rogationi unus intercessisset, singulari uirtute vir sapientia & grauitate, Paphnutius episcopus Aegyptius: non ille quidem mari tus (ne quis cum rem causamq; suam egisse putet) neq; ea etate, ut aliquando esse aut posset, aut uellet: sed prudens sanctusq; sex mulca prospiciebat pericula. Dixit ita

que, & ueluti legem recitans, eamq<sup>ue</sup> cælestem, fortiter asseruit, τί μιορ τὸν γάμον ἔνοι : σωφροσύνην δέ, τὴν τρεῖς θείας γυναικας σωτηρίαν. Cessere huic unius hominis uoci patres Nicæni: & ut assentirentur, fortassis etiam effecit Constantinus, qui legitimis nuptijs ualde fauorbat. Ceterum nunquam mihi huius rei in mentem uenit, quin simile quoque exemplum memoria in primis dignum, quod & Paphnutius secutus uidetur, occurrat. Dionysius episcopus Corinthius, & antiquissimus & sanctissimus, in sua quadam ad Gnosios Cretenses epistola, graviter etiam monuisse dicitur Pinitum eorum episcopum, nescio quam de cœlibatu legem meditantem: atq<sup>ue</sup> ita monuisse, ut hic monenti paruerit. Extant etiam numerus eius uerba. Extat & Ignatij Græca sententia non dissimilis. Has uero ueteres optimorum & sapientissimorum Episcoporum sententias, cum iam quidam uel obliuione uel contem-

ptu negligeret: beneficio Paphnutij rursus editas, & ueluti renouatas esse, magni profecto beneficij loco haberri debet.

Exposui breuiter præcipua Nicæni concilij decreta, quibus in Ecclesia post Apostolos nihil aut illustrius augustinus ue fuit, aut grauius habitum est, aut multis seculis magis in omnium ore atq; etiam disputatione uersatum. Felix imperium Constantini, quo tales canones editi sunt. Feli ces canones, qui italem habuerunt & uindicem, & assertorem. Atq; utinam in eam etatem atque formam, semper intuita posteritas fuisset: cumq; de concilio habendo agebatur, Constantimum cum suo Nicæno sibi proposuisset. Utinam èo mentem & oculos saltrem reflectant, quicunq; de Ecclesia uel instauranda uel constituenda in Synodis deliberant. Atq; utinam semper id fecissent. Saltrem nunc facerent, qui se simulant & multum tribuere antiquitati, & formulam requirere rerū bonarum, pru-

denterq; olim & recte iudicatarum. Cur enim, non dico glandem appetunt, frugib.  
qua; offeruntur, repudiatis: sed optimis il-  
lis & simplicissimis religiosae antiquitatis  
legibus contemptis, & obliquas & distor-  
tas ambages, quibus & se & alios inuel-  
uant, uel conquirunt, uel ultro etiam con-  
neclunt? Quid nobis alios obtrudunt uel  
spurios, uel adulterinos, uel abortiuos, uel  
degeneres canones? Quid noua nescio qua  
& barbara decreta, eorum & hominum  
& temporum, ut ijs nomen uel Iuris uel  
Canonis, nemo adscribere, nisi sit aut ual-  
de barbarus, rerumq; imperitus, aut uehe-  
menter profecto malus atq; impudens sit,  
possit? Sed ualeant impostores, qui ex Le-  
bia regula & quæstu auare, & ambitio-  
se gloriam captant. Nos, si ab hominibus  
exemplum, quod in constituenda Eccle-  
sia disciplina sequamur, repetendum est, ad  
Constantini potius ætatem, & eius ætatis  
iudicia oculos reflectamus. Neque uero  
ignoro,

ignoro, neque dissimulo, multa iam tum uita notari posse, quæ minimè profecto imitari oporteat. Sed multo tamen magis omnia degenerarunt, si quæ consecuta deinde sunt, uideamus. Itaque quantum fieri possit, ualde uelim, rem reuocari ad sua initia, primamq; uelutiformam & institutio nem. Quid multis? Lex illa Nicæna, quæ ratopere Constantino placuit, nobis quoq; placeat, & oraculi etiā cuiusdam loco sit,

ΤΑ ΑΡΧΑΙΑ ΕΘΗ

ΚΡΑΩΕΙΤΩ.

b 4 DE

DE LEGIBVS CON-  
stantini Magni, Commen-  
tariorum Liber se-  
cundus.



ELIGIONIS atq; Ecclesie  
in hoc terrarum orbe domi-  
ciliū, aut hospitium saltem  
aliquid esse debere in hac ci-  
uili hominum societate atq; cœtibus, quos  
appellamus Ciuitates: & his propterea co-  
tinendis atq; gubernandis, operam eos da-  
re debere, qui Rempub: Christianam con-  
stituere uolunt: cum ab omnibus bonis ac  
uerè sapientibus cognitum cōfessumq; est,  
tum uero Constantino nostro perspectum in  
primis fuit. Atque hæc quidem eum cogi-  
tatio tanto etiam magis impulit, ut post re-  
ligionem ueram, quam in suā libertatem  
asseruerat, rem quoque ciuilē & pruden-  
ter constitueret, & in posterum quoq; com-  
munitam tueretur: præsertim cum in ea  
tam multa non modo superiorum tempo-  
rum

rum ui atque iniuria perculsa, sed prostra-  
ta etiam atq; perturbata uideret: neq; ne-  
sciret, qualem quātamq; & quām uastam  
Imperij molem solus sustineret. Magnam,  
ut erat necesse, rerum commutationē no-  
uare religionis constitutio attulerat. Maio-  
rem etiā, mutata proratione temporum  
forma Reip. & Imperij quædam diuisio,  
cuius altera sedes Byzantium translata e-  
rat: deniq; Orientis atq; occidentis noua ue-  
luti facies. Magna itaq; prudentia, & ue-  
rō diuina potius quadam sapientia opus e-  
rat, non modo ut sine tumultu talis tantā  
que rerum disiectarum moles componere-  
tur: sed & in posterum sine ulla uel iniu-  
ria uel confusione contineretur, optimam  
legum non modo firmissimo uinculo  
astricta, sed & præsidio defensa. Denique  
(quod Cicero ad Cæsarem aliquando scri-  
psit) omnia excitanda erant, quæ tempo-  
rum iniquitate prostrata iacebant: consti-  
tuenda iudicia, reuocanda fides, compri-

menda libidines, propaganda soboles: omnia quæ dilapsa iam fluxerant, seueris legibus erant iuncti. In his uero omnibus ualde elaborasse Constantinum, neq; tace, re possum, neque pluribus tamen uerbis dicere ualde est necesse. Nam & res ipsa satis loquitur: & cum in eam ueluti praesentem uentum erit, melius etiam intelligetur. Certe eorum adhuc temporum extant panegyrica orationes, quæ faustis acclamacionibus palam profitentur, ut earum uerbis utar, exornatas a Constantino mirandum in modum, ac propè de integro conditas ciuitates esse: nouas leges regendis moribus & frangendis uitios constitutas: ueterum calumniosas ambages recisas.

Cur Imperij domiciliq; sui sedem, relata Roma, Byzantium transstulerit, & in eo quoq; ipso alteram ueluti Romanam considerit, multi & graues huius commigrationis cause commemorari possunt. Quid? Roma, quæ trecentis annis Christianorum

norum sanguine madens, Ecclesiam pef-  
sundederat, & quotquot principes alue-  
rat, totidē infestissimos hostes pietatis in eā  
ueluti armarat, eademq; propè omnes ra-  
bie imbuerat: denique domus, domicilium  
atq; officina erat omnis idolatriæ: indigna  
projecto erat, quæ nouum hunc & pietati-  
is assertorem, & Ecclesiae defensorem at-  
que patronum teneret, quem uel hospitem  
uel inquilinum domesticā illa sua fortasse  
disciplina ( qui loci illius genius fuit ) corru-  
pisset, & alumnū degeneri quadam educa-  
nōne prauaq; institutione ad eandem uel  
sauitiam uel impietatem flexisset. Tantum  
abest, digna ut fuerit, quæ ueteris Imperij  
& gloriā retineret, & possessionē: cum  
illud ipsum iam Imperium, religioni & Ec-  
clesiae Christi, fasces ueluti suos etiam sum-  
mitteret.

Mutata, alioq; translata Imperij sede,  
mutata quoq; est eius forma. Sed ineptè fa-  
ciunt, & imperitè, qui quicquid usquam à  
uere.

ueteris Reipub. Rom. forma fortasse alienum, aut in huius Imperij statu & gubernatione nouum uel legunt uel audiunt, uel ex Cæsarum temporibus eorumque memoria repetunt, protinus id omne ad Constantinum, tanquam auctore primū referunt. Meminisse saltem debuerant, Sex. Aurelium Victorem, qui temporibus Theodosij uixit, scripsisse, publica officia & palatina & militaria, ipsum Adrianum Imp. ad eam formam reuocasse, quæ paucis per Constantinum immutatis, Theodosij adhuc ætate durabat. Quāquam sanè illam in Oriente Imperij nouam & constitucionem, & faciem, tam Constantino acceptam ferri debere, quam ipsam Constantinopolim, dissimulare nolim: eiusque maxime beneficio effectum esse, ut eadem interea esset & in Occidente: & bicepsiam facta illa Aquila utrumque suum spectaret orbem, pulcherrimo quodam & splendore ornatum, & ordine subnixum. Extat Index,

dex, sive (ut appellatur) Noticia omnium  
& ciuilium & militarium dignitatum,  
quaetam erant in Oriente quam in Occi-  
dente. Ex qua descriptione intelligere ut-  
cunq; possumus, quomodo partitus sit Con-  
stantinus utriusq; illius sui Imperij prouin-  
cias: quibus eas limitibus circumscripterit:  
quos deniq; ijs magistratus præfecerit. Sed  
ego, quæ ex eo libro repeti possunt, neque  
hoc loco possent breuiter ingeri, non inuitus  
nunc prætero: præsertim cum non con-  
stet, omnia illa esse Constantini: & multa  
tam exoleta sint, ut nomina magis referri,  
quam res aut explicari aut intelligi satis  
possint. Nam & ea tempora caruerunt  
luce scriptorū: tamq; sunt multis tenebris  
inuoluta, ut longè facilius sit totā uel Græ-  
corum uel Romanorū antiquitatem per-  
noscere, quam ex illis multa, quæ recentio-  
ra tamen sunt, certa aliqua recordatione  
complecti.

Erat tum in Occidente Magistratus  
sum-

summus, Præfetus Prætorio Italæ: cuius  
potestas Africam quoq; ipsam, & maio-  
rē Illirici partē occupabat, sicuti in Orien-  
te summa potestas erat Præfeti Prætorio  
Oriëtis: cuius itidem diœcesis latissimè pa-  
rebat, & Thraciam, Pontum, Asiam,  
Syriam, Aegyptum cōpletebatur. Ad  
hos itaq; præteriorum præfetos ex omni-  
bus illis eorum prouincijs prouocabatur.  
Porrò, ut alter erat in Occidente amplissi-  
mus magistratus, præfetus prætorio Gal-  
lie, cuius administratio & Hispaniam &  
Britanniam summo imperio tenebat: sic  
erat alter in Oriente præfetus prætorio  
Illyrici Orientalis, cuius diœceses erāt Da-  
cia & Macedonia, complectes ipsam quo-  
que Epirum, Thessaliam, Achaiam, Cre-  
tam. Singulae deinde prouinciae habe-  
bant suos uel Præsides, uel Consulares.  
Quid reliquorum magistratum & ordi-  
nem & officia & descriptionem totam ad-  
iungam? Quid in singulis admirabilē Con-  
stan-

flantini prudentia? Iam uero quid de mil  
 tis dicam? Militias illas dico eorum, qui  
 uel in aula & principis comitatu uersa-  
 bantur, uel Magistratib. aderant atq; ap-  
 parebant. Sic enim tum appellabantur,  
 quæ nunc Officia dicuntur: & uel à Ma-  
 gistratibus ipsis conferebantur, uel à Prin-  
 cipe: illorumq; autoritates, huius literæ pro-  
 batoriae requirebantur. Quod etiam à Con-  
 stantino diligenter expositum est. Ipsas e-  
 tiam singularum ciuitatum Curias tam di-  
 ligenter curauit, ut uniuersæ Reip. guber-  
 nationem ualde sibi curæ esse facile ostend-  
 eret. Multa munera municipalia non diceban-  
 tur militiæ, neq; annonas aut salaria a fi-  
 scō accipiebant. Et qui ab Militiarum pri-  
 uilegijs arcebantur, Decuriones tamen es-  
 se poterant: ut Actuarij, qui Exceptores  
 iudicium dicebantur. Sed cum Remp. uni-  
 uersam, tum uero & municipia quoq; sin-  
 gula Constantino ualde curæ fuisse, satis ap-  
 paret. Multa tum munera Curialia fugie-  
 bant.

l. pen. & u.  
 ti. C. de di.  
 uer. offic.

bant. Non enim erant, ut nunc sunt, qua-  
stuosa, neq; ambitiosorum hominum cupi-  
ditatibus opportuna. Quid Constantinus?

I. una. C. si cur. uel ci- uit. rus hab. mal. Curiales omnes (inquit) iubemus  
interminatione moneri, ne ciuita-  
tes fugiant aut deserant, rus habi-  
tandi causa fundū, quem ciuitati  
prætulerint, scientes fisco esse soci  
andum: eo p̄ rure se carituros, cu-  
ius causa impios se, patriam uitan-  
do, demonstrauerint.

Patria & resp. primam ortus nostri  
partem uindicare dicitur: & nos ei potius  
quam nobis nascimur. Quis igitur eorum  
delicias ferat, qui sui officij obliti, amœnos  
ruris recessus, ubi se suauiter oblectent, si-  
biq; uiuant, suæ Sparta & publicis commo-  
dis anteponunt? Olim cum ab aratro ac-  
cerserentur Romani senatores, priuata  
suæ quieti & ocio & agris Reip. curā pra-  
ferentes, statim in urbem accurrebant, ip-  
sosq; etiam sāpe viatores præueniebant.  
Saltem

Saltem suam in ciuitatibus publicā statio-  
 nem tueantur, qui in earum iam sunt gu-  
 bernatione. Rura non deserunt, qui glebae  
 a scripti sunt. Cur deserunt urbes, qui ipsi &  
 Reip. sunt addicti? Scio quid suaves quidā  
 & ociosi philosophi in umbra sedentes dicti-  
 tent. Sed eorum siue delicias nimium mol-  
 les, siue ineptias inimicas humanae societa-  
 ti non tulit, neque ferre debuit Constanti-  
 nus. Imò nero tam passus non est quenquā  
 suum in Rep. locum deserere, ut etiam hoc  
 edictū euulgarit: Qui derelicta curia “  
 militauerit, reuocetur ad curiam. “  
 & ilites desertores castigandi sunt. Sed nō l. 17. qui de  
relicta C.  
de Decur.  
 minus puniendi, qui suam in ciuitate sta-  
 tionem deserunt. Et quæ tandem rerum  
 omnium erit confusio, si alter alterius uel  
 locum uel munus inuadat, suum deserat?  
 An ignotum est, quales quantasq; det tur-  
 bas τολινωγαγμοσύνη? Sit igitur illa pri-  
 malex in Rep. & singulorum aures assi-  
 diue circunsonet: Spartam natus es, hanc  
 orna.

Constitutæ Reip. defensio est, res militaris: quam quidem adeo non neglexit Constantinus, ut summa etiam cura adoptam disciplinam, & pulcherrimum reuocari ordinem. Non sum tam ineptus, ut uel delirum illum senem Phormionē imitari uelim, uel in umbra & ocio literarum educatus longam orationem de re militari instituam. Neq; historiam scribo, ut res in bello fortiter à Constantino gestas commorem. Illud tantum dicam, eum fortissimis ducibus & clarissimis imperatoribus nullis cessisse. Laudant Iurisconsulti militare. De re militari. postlimium. filius. De capti. & post li. reuer.

§. i. De re militare Augusti disciplinam, eumq; ea de libros scripsisse narrat. Disciplinam castorum fuisse veteribus Romanis antiquiorrem ipsa etiam charitate liberorum, profitentur. Quid si Constantinum uidissent? Testis certè est Eusebius, eum, quandiu uixit, non militares minus quam ciuiles leges tulisse. Non multæ quidem ex ijs hodie superuent. Sed qualiscunq; superest earum memo-

memoria, exemplum, quod imitatione dignum sit, habet. Et principio quidē, quam sancta quoq; fuerit eius disciplina castrēsis, & quam pio principe digna, quāq; ab omnibarbarie aliena, uel inde intelligi potest, quod non modo suos milites docuerūt Deū uerum & aeternū uerē inuocare, sed certam quoq; huius inuocationis & Christianæ precationis formulam ijs dictarit, conceptam lingua latina in hanc sententiam:

Te unum Deum nouimus: te agnoscimus Regem: te opitulatorem inuocamus. Tu uictoria nostra es. Per te hostes uincimus. Tibi accepta ferimus bona, quibus fruimur, omnia. Reliqua abs te uno expectamus. Te supplices precamur, ut Constantinum principem nostrum, eiusq; filios, diutissimè serues incolumes.

Cum inter tubarū clangorem & clasicā, armorumq; strepitum & fragorem,

tales uoces sonarent, & in ipsis etiam medijs castris quædam Ecclesiæ ueluti coirēt: facile possumus cōjucere, qualis reliqua es-  
set disciplina. Extruxerat Constanti-  
nus prope Agrippinæsem Coloniā in Ger-  
manica ripa Rheni munimentum quod-  
dam, in quo milites stationarij degerent,  
ad coercendas Francorum excursiones. Id  
posterioribus seculis conuersum est in mo-  
nasterium Benedictinorum. Quis hoc pu-  
rasset? Ex castris fieri monasteria? Edixe-  
rat olim lege lata Moses, ut sacræ tubæ Le-  
uitarum clangerent, quoties in bellū Iudæi  
proficerentur: quo magis omnes intellige-  
rent, non nisi Dei auspicijs bella uel susci-  
pienda esse, uel gerenda: & inter arma nō  
modo leges silere non debere, sed sacras e-  
tiam conciones circumsonare debere. Reli-  
quas de re militari leges diuinæ adhuc no-  
bis suppeditant sacræ literæ. Tali exemplo  
commotum Constantinum, multa in hoc  
genere ualde pie statuisse, dubium non est.  
Et

Et quidem quam castam etiam disciplinam in suis castris esse uoluerit, uel inde intelligi potest, quod legem tulerit, ut milites, quibus permisisset familias suas ad se uocare, non nisi uxores, liberos, seruosque suos castrenses uel accersere, uel circumducere possent.

Certatum olim est tempore Tiburii in senatu Romano, an Praefides, duces, uel magistratus in prouincias iueros comitari uxores recte possent? uicitque tandem Tessalini sententia, ut possent: & in eam rem factum Senatus consultum. Ergo & militibus suas coniuges habere comites concessum fuit: & his quidem mulieribus iure singulari consultum, ut earum absentia isdem privilegijs, quibus milites ipsi donati sunt, defendetur. Hæc non sustulit Constantinus: sed ut lustra & lupanaria in castris esse indicauit rem non modo turpem, sed publicè etiā perniciōsam, & maximi periculi: sic impedimenta, inter quæ & mulieres & servi & pueri referuntur, temerè

I. quicunq;  
C. de re  
mil.

I. 3. §. profi-  
cisci. De  
off. Procō.

I. 1. & 2. C.  
de uxor.  
milit.

augeri passus nō est: sed eum tamen modū  
uoluit seruari, ut milites suis uxorib. filiis  
& seruis, quibus carere non possunt, con-  
tenti essent: alium comitatū, qui & eos  
oneraret, & alijs esset oneri, secum nō tra-  
herent. Quid enim minus conuenit ijs, qui  
semper expediti tanquam in procinctu es-  
se debent?

Porro ut milites essent, quod esse debet,  
Reip. defensores, & populi, non autē, quod  
esse solent, prædones: Constantinus eos si-  
pendijs suis adeo iussit esse contentos, ut en-  
l.una.C.de tiam legem ediderit, de salgamo non præ-  
salga.hosp. stando: qua grauiter uetuit, milites à suis  
non.præ- hospitibus exigere culcitram, lignum, oleū,  
stan. salgami nomine. Salgami uocē, quæ con-  
dimenta & alia ad uictum quotidianum  
pertinentia significat, multis ante Constan-  
tinum annis in usu fuisse, uel inde intelligi  
potest, quod eius meminerit Columella.  
Ceterum ubi ea uox obsoleuit, lex quoque  
ipsa in obliuionem uenit, uel barbaro po-  
tius

tius contemptu repudiata est. Quid enim non audet, atq; etiam ecquò non perrumpit armatorum furor?

Non neglexit Constantinus necessariam erogationem militaris annonæ: quid enim sine tali commeatu esset exercitus? sed sobriam & frugalem, minimeq; delicatā fuisse, ne rem militarem eneruaret, nō obscure significat. Ac buccellati quidē meminit. Sic autem olim uocatum fuisse frumentum, ad usus diuturnitatē excoctum, scribit Ammian. Marcellinus lib. XVII.  
Deq; dubito, quin Constantinus ipse, ubi opus erat, frugalitatis & continentiae exemplum suis militibus esset. sicuti & Spartianus narrat, Adrianū exemplo Traiani, Scipionis Aemiliani, & Metelli, libenter uti solitum cibis castrensibus, larido, caseo, & posca.

I.I. C. de e-  
rog. mil.  
an.

Eiusdem Traiani, uel etiam (si superiores principes, qui libertatem testamenti militaris priores asseruerunt, repetamus) Iuli,

I. milites. *līj, Titi, Domitiani, Neruæ exemplo, Con-*  
*De testa. statinus edixit, ut milites possent, sicuti uel*  
*mil. lent, testamentum facere: ut etiam si quid*  
*in uagina aut clypeo, literis sanguine suo rū*  
*tilantibus annotauerint, aut in puluere in*  
*scriperint gladio, quo tempore in prælio oc*  
*cumbunt, rata eorum sit ultima uoluntas.*  
*Non est necesse, militum in hoc genere pri*  
*uilegia, quæ alij collegerunt, hoc loco recen*  
*sere. Illud solum dico, neglectis illis operosis*  
*iuris Civilis solennibus, milites cum testa*  
*mentum facerent, relictos esse libertati at*  
*que simplicitati iuris gentium. Contra bo*  
*nos mores si quid suis testamentis ascribe*  
*rent, non minus repudiabitur, quam si pa*  
*gani testatores id fecissent. Id enim Iuri*

I. si à milite. *quoq; gentium aduersatur. Sed quod iuris*  
*§. pen. De tātum <sup>38</sup> ciuilis subtilitas exigit, cur priuile*  
*milit. testa. gio quodam militibus testamentum facien*  
*tibus remitteretur, magna profectio causa*  
*fuit. Sed & filium fa. equestri militia &*  
*cingulo exornatum, et si in castra missus*  
*non*

non sit, sed in comitatu principum retentus, ius peculij castrensis habere, deq<sup>z</sup> eo testari iure militari posse, ostendit Papinia-  
nus. Quod quidem tanto etiam libentius  
commemoro, ut Constantini cōstitutionem  
de omnium Palatinorum castrensi pecu-  
lio magis commendem.  
l. pen. De  
milit. testa.

Cæterum ad superiorem eius constitu-  
tionem de militari testamento, propius il-  
lud accedit, magisq<sup>z</sup> pertinet, ut obserue-  
mus, militibus non tantum in acie & pro-  
cinctu, sed & in castris, & ubicunq<sup>z</sup> mili-  
tant, atq<sup>z</sup> etiam degunt, Reip. magis quam  
privatorum suorum negotiorum causa li-  
cuisse, ut libebat, testamentum suum face-  
re. In ipsa uero acie & præsenti periculo a-  
lijs quoq<sup>z</sup>, qui ibi iusta ex causa essent, et si  
alioqui milites non essent, permissum fuis-  
se eodem iure testari: ut saltē, si tum mo-  
rerentur, ratum eorum tale testamentum  
esset. Quod quidem Ulpianus elegāter o-  
stendit. Sed reliqua breuiter persequa-  
l. una. De  
bon. poss.  
ex testa.  
mil.

mur. Scribit Lampridius, Alexan-  
 drum Seuerum olim prædia, quæ de hosti-  
 bus capta eſſent, donauisse limitaneis du-  
 cibus & militibus: ut hæredū quoque eſ-  
 ſent, ſi & ipsi militarent. Sed longe in hoc  
 genere fuīſe liberaliore Constantīnū acce-  
 pimus. Primus enim dicitur lege cauiffe,  
 ut qui agri, uillæ, oppida, emeritis Comitib.  
 præſertim & Ducibus ſuis, ut olim ueter-  
 anis omnibus assignabantur, ad eorum  
 quoque in uniuersum hæredes transirent.  
 Quid multis? Quām & militibus gratus  
 eſſet Constantinus, & horum magna erga  
 optimum principem eſſet obſeruantiā, uel  
 ex illa eius intelligi potest constitutione de  
 Veteranis, in qua & illud narratur. Cum  
 aliquando Constantinus introiſſet princi-  
 pia, ſtatim ab omnibus acclamatum eſſe:  
 Auguſte Constantine, Deus te nobis fer-  
 uet: Noſtra ſalus, noſtra ſalus, &c. Quo  
 quidem etiam loco relatiū eſt, eum uoluiſ-  
 ſe ſtatuiſſeq; ueteranos perenni quiete per-  
 frui,

frui, nullo ciuili munere onerari, nihil fisco  
pendere, siue quid emant, siue uendant.

Abusi quidem non multo post sunt & o-  
cio, & hisce suis priuilegijs: sed castigati etia  
statim sunt. Extat Constantij edictum, l.2.C.de  
Veteranos, qui ex negligentia uitæ neque  
rus colunt, nec quid honestum peragunt,  
sed latrocinij se dederunt, priuilegijs omni-  
bus exutos puniri debere à Rectoribus pro-  
uinciarum. Quid mulis? Non alio quam  
Reip. nomine rem miliarem Constanti-  
nus conseruabat. Neq; uero latrones arma-  
tos pro militibus habuit: immo uero ut Reip.  
hostes castigauit. Ceterum bonis non modo  
armatis, sed etiam togatis, & uero omnib.  
qui Reip. operam dabant, atq; adeò multis  
priuatis hominibus liberaliter de publico  
dedit, unde se alerent. Instituerant Ro-  
mae Traianus & Seuerus Canonem (sic e-  
nim appellabatur) frumentarium. Constan-  
tinus nouam suam & alteram Romanam  
non minus aluit. Nam instituisse, ut quo-  
tannis

tannis populo Constantinopolitano octo my  
riades medimnorum frumenti darentur,  
memoriae traditum est. Ac eius quidem fi  
lius & hæres Constantius dimidium detra  
xit. Sed Theodosius paulo post tantundem  
adiecit. Idem Theodosius testis est, annonas  
publicas non tam titulis dignitatū, quam  
singulorum virorū meritis, attributas es  
se, liberalitate Constantini: easq; etiā vult  
non modo ad hæredes proprios iure san  
guinis transmitti, sed & in extraneos uen  
ditionis titulo transscribi posse. Erat itaque  
perpetui quidam hic redditus, qui de publico  
I. ult. C. de percipiebantur. Sicuti & Iustinianus me  
niuit panum ciuilium; qui in dotem da  
bantur.

Iam uero, quod proximum est, sapien  
ter intellexit Constantinus, non modo belli  
neruos esse numos ( quod olim Demosthe  
nes dixit ) & sine his nullam esse uim rei  
militaris: sed & in tributis esse ( quod &  
Ulpianus prudenter monuit, & ante eum  
scripsit

scripsit M<sup>c</sup>. Tullius) uniuersæ Reip. ner-  
uos, nullum ut sine his Imperij tanquam  
corpus aut consistere possit, aut contineri.  
Non meum est, sed Cor. Taciti, grauissimi  
scriptoris, dictum: Neq<sup>ue</sup>, quietem gentium  
sine armis, neq<sup>ue</sup> arma sine stipendijs, neque  
stipedia sine tributis haberi posse. Quam  
uerò constituerit tributorum uectigaliūq<sup>ue</sup>  
rationem æquabilem Constantinus, prius-  
quam dicam facere equidem non possum,  
quin detester impiū illum Zosimum, qui  
temporibus Honori<sup>y</sup> & Arcadij, cū Con-  
stantinum non minus quam Christum o-  
disset, ac si illius infamis esset memoria, Ec-  
clesiae quoq<sup>ue</sup> Christianæ nomen infame fore  
existimaret, impudenter metius est, Con-  
stantinum primum instituisse genus illud  
turpisimi tributi, quod Chrysargyrum uo-  
cabatur: & ab ijs qui palam & impunè  
scortari uellent, aut in lustris & lupanari-  
bus quæstum facere, pendebat fisco, uelu-  
ti quadam permissa impudicitia merces,

&amp; im-

& impunitatis in hoc genere precium.  
Id aliquando sustulisse Anastasium Imp.  
narrat Euagrius, non omnino malus in hoc  
genere testis. quis uero primus id collegerit,  
non refert: sed tamen affirmat, multisq;  
tiam argumentis probat, nihil falsum ma-  
gis dici posse, quam, tam turpis & flagitiosi  
tributi autorem fuisse Constantinum.

Audio adhuc Romæ in Vaticana bibli-  
oteca extare Gracas Iuliani ApoStatae  
orationes, quibus impius & disertus con-  
uiciator debacchatur in Constantinum.  
Sed adiunctas quoq; esse audio harum ca-  
lumniarum graues confutationes, ab Ar-  
temio, viro clariss. qui dux militiae sub Con-  
stantino fuit, scriptas. Verum quid his o-  
pus est? Nihil ad sempernam laudem glo-  
riosius esse potest, quam neminem illis tem-  
poribus Ecclesie & Christi hostem fuisse,  
qui non bellum etiam Constantino indixe-  
rit. Ipse quoq; Ammian. Marcellinus scri-  
psit, Iulianum Constantini memoriam, ut  
noua-

nouatoris turbatorisq; priscarum legum,  
et moris antiquitus recepti, multis conui-  
cys uexasse. Sed quis non uidet, iejunum  
hunc canem, cum nihil habet quod arro-  
dat, inani sese latratu pascere? Quis non in-  
telligit, quid huic calumniatori doleat: quid  
eum non solum urat, sed et ad rabiem pro-  
pe adigat? ueterem nempe idololatriam à  
Constantino fuisse sublatam? Certe tantum  
abest (nam ad id, unde sum digressus, re-  
uertor) ut uel turpes augendi sui fisciratio-  
nes, uel dishonestas colligenda pecunia præ-  
textus conquisierit Constantinus: ut etiam  
quod honestissime percipere potuerat, ul-  
tro persæpe remiserit. Nam ut in tributis  
esse, ut dixi, sciebat Reip. neruos: sic etiam  
non ignorabat (quod Traianum ingenuè  
olim dixisse ferunt) fiscum esse ueluti lie-  
nem: quo incremente, reliqua membra im-  
minui atq; contabescere auunt. Magna ue-  
ro, atq; adeò rara et singularis uirtus atq;  
sapientia principis est, iustum hac tota in-

remo-

re modum aliquem tenentis. Sed domes-  
ticum habebat exemplum Constantinus,  
quod sequeretur. Audiebat patrem suum

Eutrop.lib.  
10. Euseb.  
lib. i. de ui-  
ta Const. *Constantium prouincialium magis homi-*  
*num singulorum, quam fisci sui rationem*  
*habuisse: solitumq; etiam dicere, publicas*  
*opes magis in tuto esse, cum à populo adser-*  
*uantur: idq; re ipsa expertum esse. An e-*  
*um potius no imitaretur, quam infamem*  
*illam & sordidam Vespasiani avaritiam,*  
*ab ipsis quoq; mendicis non tam tributum*  
*quam stipem exigentis? Saltē quid illud*  
*Tiberij sibi uellet, Boni pastoris esse conde-*  
*re pecus, non deglubere, intelligebat. Ha-*  
*bebat quidem suum & aerariū & fiscum*  
*ualde attritum, & multis bellorum sum-*  
*ptibus necessarijs exhaustū. Sed populum*  
*eadem temporum calamitate afflictum es-*

Euseb.li.4.  
de uit. Con-  
stan. Appi-  
an. li. 2. de  
bellis ciuil. *se sciebat. Remisit itaq; illi aliquando qua-*  
*drātem cuiusdam uectigalis, quod fisco pen-*  
*di quotannis solebat. Censuisse quidem di-*  
*citur in Senatu quandoque Iulius Caesar,*  
*tertiam*

tertiam tributorum partem remittendam esse. Sed de alieno liberalis erat, in rem suam. Hoc enim agebat homo ambitiosus, non tam ut populo cōsuleret, quām auram popularem ut captaret, sibiq; ad suam monarchiam hac ratione uiam sterneret. Constantini alia & mens fuit, & sententia.

Audiebat Ulpianum pronunciantem, lib. 4. de  
sterilitatis causam esse iustissimā, propter censib.  
quam possessores tributis releuentur. nam  
& hoc nomine priuati domini suis colo-  
nis mercedem remittunt. Quid ipse in hoc  
generē non ediceret, atque etiam face-  
ret? Suos aliquando in Gallia Heduos  
per abrupta quoq; itinera inuisit. Ubi ste-  
riles eorum agros uidit, illachrymatus est:  
ultraq; statim remisit & annorum quinq;  
reliqua, & maiorem tributorum partem.  
Testem huius rei habemus Hedium eius  
temporis oratorem. Hoc certè est boni prin-  
cipis, non illinere chartis mutas & inanes  
leges: sed factis eas exprimere, quæ aut sa-  
k. pienier

pienter ab alijs scriptæ sunt, aut scribi profecto debent.

Sed uideamus, quæ fuerit in Imperio Rom. constitutio vectigalium atq; tributorum. Vectigalia proprie appellabat, quæ à publicanis ueluti conductorib; pendebantur: percipiebaturq; uel ex cultu agrorum, qui fere publici erant: uel ex pascuis publicis, quæ res scriptura appellabatur: uel ex mercium traiectu, quod dicebatur Portorium. In his Cicero esse ait & Reipub. neruos, & belli subsidia, & pacis ornamenta: eiusq; tempore, post Asiatica bella Pompej, excreuerant ad oclies mille & quingentas myriadas drachmarum Atticarum: quam summam aestimant, octo (ut nunc loquimur) millionibus aureoru corona- torum. Sub Cæsaribus modo imminuebantur, modo augebantur. Ac narrat quidem Corn. Tacitus, Neronem aliquando in deliberationem uocasse, an uniuersa vectigalia remitteret. Sed Senatū, et si hanc eius

eius animi magnitudinem laudaret, obsti-  
nisse tamen, & dixisse eam Imperij dissolu-  
tionem fore. Censuisse uero, reprimendam  
esse Publicanorum acerbitatem. Et qui-  
dem Praetoris edicto in duplum, saltem in-  
tra annum, hi tenebantur, si quam uim fa-  
cerent. Sed Constantinus, qui iudicabat  
necessariam esse acerbior em aliquā pœnā,  
cū uectigalia collere non posset, neq; id ex  
Repub. fore intelligerer, edixit, perpetuo ut 13. C. de an-  
exilio plecteretur publicanus, qui quod nō no. & trib.  
deberetur, exigeret. quod & ad tributo-  
rum exactores pertinet.

Tributa proprie appellabantur, qua  
pro modo census & facultatum à singulis  
pensitabantur: qui quidem ideo etiam te-  
nebantur facultates omnes suas bona fide  
profiteri apud Censorem, (qui & magister  
Census, & Censor appellatus postea fuit )  
ut ab eo estimarentur, & pro earum ra-  
tione tributa imperarentur æquabili ali-  
qua proportione. Nam & hoc nomine ap-

pellabatur Peraequator: & si iustum modum non seruaret, ab eo prouocatio erat.

1. qui grauatos C. de censib. & censit. ad Populum: Quoniam tabularij ciuitatum per collusionem potentiorum sarcinam ad inferiores trahit: iubemus, ut quisquis se gravatū probauerit, suam tantū professionem agnoscat. Quid multus? Quintus ad M. Ciceronem fratrem Asiae proconsulem scribens, illud in ea in primis laudat, quod effecerit, ut tributa ciuitatum ab omnibus qui earum ciuitatum fines incolunt, tolerarentur et quabiliter. Nos itaque illud quoque ipsum non in ciuitatibus Asiae modo, sed et toto terrarum orbe factum esse à Constantino, summa laude dignum esse, ut est, iudicemus.

Nulla religio uerat, Principes aut ueligalia exigere, aut tributa: & ita erant instituti Christiani, ut ea pendere non reciperent.

sarent. Illud modo curandum fuit, quod Constantino curæ erat, ut iusto modo & equabili exigerentur: & quæ exacta es- sent, in usum Reipub. impenderentur. His ergo conditionibus sensit Constantinus sibi fas esse exigere, quantum sibi & Rei- pub. atque Imperio esse opus intelligebat: & quantum potuit, propterea cavit, ut in tuto esset tributorum causa. In primis itaque confirmauit ueterem illam legem, sine censu uel reliquis fundum compa- rari non posse: & edixit, fundi posse so- rem semper teneri tam ad solitos census, quam ad reliqua omnia. Vetus est il- lud, Ius fiscale, priuatorum pactione conuel- li non posse, quicquid tandem inter empto rem atq[ue] venditorem conuenerit: & posse- sores semper conueniri, etiā præteriorum reliquorum nomine: cum non tam perso- nae quam prædia ipsa hic obligari intelliga- tur. quinetiā prædijs à fisco distractis, præ- teriti temporis tributū ab emptore exigi.

l. 2. C. sine censu uel reli.

l. inter de- bitorem.

De pact.

l. Imp. de publica.

l. 36. præ- dijs. De iu- re fisci.

Nou. con- Hoc ius Constantino quoq; placuit. Iustini-  
stit. 17. anus uero adiecit, uenditoris potius quam  
fisci damnum & periculum fore, si fundus  
censualis uenditus ei fuerit, qui soluendo  
non sit.

Porrò extat Constantini constitutio de  
capiendis & distrahendis pignoribus tributariis  
torum causa. unde intelligimus, non ipsum  
modo prædium tributarium, sed & alia e-  
ius qui tributum debet, impeti posse, atque  
I.z. & ulti. etiam recte uendi (quod palam fiebat sub  
C. si pro- hasta, adhibitis solennibus publicæ auctione-  
pter pub- penit. nis) posse. Res (inquit) eorum qui si  
li. 10. Cod. scalibus debit is per contumaciam  
tit. 20. „ satisfacere differunt, distrahatur,  
„ comparatorib. data perpetua fir-  
„ mitate possidendi.

Non est nouum, ut quod pignoris iure  
uenditum est, emptoris sit. Nam & ple-  
ruq; tutius est, à creditore hypothecario e-  
mere, quam ab ipso domino. Qui enim ab  
illa emit, securus est, nec metuit posterio-  
res

res aliorum hypothecas. Sed illud nouum  
magis & insolens est, si scum non modo res  
quas habet cum alio cōmunes, in solidum  
alienare recte posse: sed & si planè alienas  
nullo iure uendiderit, statim dominum fa-  
cere emptorem, & priori domino non nisi  
ad premium actionem, eamqz temporalem  
relinquere. Fuit hoc ius (si ius appellandū  
est) primum à Zenone Imp. introductū.  
Constantino uero fuit ignotum, sicuti &  
alios Iurisconsultis, qui euinci posse, quod fi-  
scus uendiderit, confessi sunt: quanquam  
emptorem non duplum, sed simplum tan-  
tum premium petere patiantur.

Observandum autem est, non propter  
omnem dilationem soluendi tributi statim  
debitoris bona distrahi sed propter eam de-  
mum, quæ cum aliqua fuerit uel contuma-  
cia, uel improba mora coiuncta. Id autem  
& à ueteribus Iurisconsultis sumpsiſſe Con-  
stantinus uiderur: qui responderunt, pro  
pecunia tributi, quod sua die solutum non

est, quo minus prædium iure pignoris di-  
 strahatur, oblatam moratoria cautionem  
 1.5.5.ulti. De censib. non admitti. Neq; tamen omnem fisci debi-  
 toribus dilationem denegari, si quam pe-  
 L.45.in frau dem.5.fisca libus. De jure fisci. tant ad pecuniam comparandam. Cate-  
 rium non nisi tres menses in maioribus sum-  
 mis, in minoribus duos à Magistratu dari  
 posse. Prolixioris autem temporis spacium,  
 esse ab Imperatore postulandum. Omit-  
 to quod edixit Constantinus, ne executores,  
 qui ad tributa exigenda mittuntur, ma-  
 num iniiciant instrumentis rusticis, aut bo-  
 bus agricolarum. De eo enim postea dicā,  
 ubi de re rustica leges commemorabo.

Ubi debitorum fiscalium contumacia  
 pignoribus captis coerceri satis non potest,  
 tandem in eos etiam ipsos manus iniiciun-  
 tur, & carcere quoq; fatigandos esse iudi-  
 cant Romanæ leges. Sed neq; statim, neq;  
 temere id fieri: neq; cum fieret, humanissi-  
 mæ lenitatis exemplum intermitti, paſsus  
 est Constantinus. Ac olim quidem La-  
 beo

beo iuriscons. aduersus eum qui, cum in  
 prouincia abiret, pecunia, quae penes se es-  
 set, ad aerarium professus, non esse residuae  
 pecuniae actionem respondit, quia eam pri-  
 uatus fisco debebat: & ideo inter debitores  
 eum referri, sic tamen ab eo exigi, ut non  
 modo pignus capiatur, multa ue ei dica-  
 tur, sed etiam corpus retineatur. Verum  
 tanto magis indicauit in eum manus iniici-  
 posse, quod prope residua pecunia esset,  
 quam retineret, & ex ea causa fisco debe-  
 ret, quae arctissime eum obstringeret. Rec-  
 perat enim, & retinebat, quod omnino fi-  
 sci erat. Cæterum si quis non alio nomi-  
 ne debet, quam quod tributum pendendum  
 sit: mitius paulo cum eo agitur. Edixit i-  
 taq<sup>3</sup> Constantinus, exactores tributorum,  
 carcere & uinculis in debitores sœuire no-  
 debere.

Prima in tributis & optima ratio a-  
 quabilitatis conseruadæ est, ne quorūdam  
 immunitas alios oneret. Nam & rescri-

k 5 psit

Cap. 9. §.  
 ult. Ad leg.  
 Iul. pecul.

1.2. C. de ex  
 act. tribut.

psit aliquando Constantinus ad Pacatianum  
in Britannia sua uicarium, alios pro aliis  
in hac causa conueniri non debere. Fuit  
itaq; apud ueteres prudenter & magna ra-  
tione cautum, ne temere quisquā, qui pra-  
dium aliquod tributarium possideret, à  
1.4. C. de pensū adis tributis eximeretur. Itaque &  
exact. trib. Constantius patris sui iudicium securus sta-  
tuit, actores quoq; suos compellendos esse  
ad exoluenda tributa, ne eorum immuni-  
tas reliquos prouinciales oneraret. A  
capitacione facilis aliquis eximebatur,  
Erat autem capitatio genus quoddam per  
sonalis (ut ira loquar) tributi, quod capiti-  
sue personae magis quam rebus aut facul-  
tatis imponebatur: & ab iis etiam, qui  
nullum censum haberent, nullaq; praedia  
possiderent, exigebatur: sicuti & olim Ro-  
mæ fuisse Capitecensos accepimus. Ac qui-  
dem ab hoc tributo plebem urbanam libe-  
luna. C. de ram & immunem esse, aliquando Con-  
cap t.ciu.  
cessib. exim. Constantinus edixit. Sed quo instius est tribut-  
8M13

rum quod prædijs imponitur, & pro ratio  
ne facultatum penditur, tanto minus est te  
merè quisquam ab eo eximendus.

Mecænas agens cum Augusto de ra- Dion.li.52.  
tione Reip. recte constituendæ, prudenter  
monet, tributa ex omnibus prædijs, quæ ste  
rilia non sunt, colligi pro ratione & modo  
fructuum debere. Ac Romani quidem  
Italica prædia libera esse & immunia uo-  
luerunt. Sed prouincialia, saltem quæ tri-  
butaria erant, à quocunque tandem possi-  
derentur, tributum pendebat. Nam &  
si is ea comparasset, qui personali (ut lo-  
quuntur) priuilegio immunis erat à capi-  
tatione: huius tamen suæ poſſeſſionis præ-  
diue cauſa tributum ſolutebat. Sed neq;  
clericos exemptos ab eo fuiffe, dictum eſt  
libro ſuperiori. De ijs qui nobiles dicuntur,  
idem dicitur: quales olim erant, qui aliqua  
dignitate ciuili uel militari erant prædicti,  
& uel Illustres, uel Spectabiles, uel Clarissi-  
mi, uel Perfectissimi appellabantur, ſue e-  
tiam

tiam qui ab ijs prognati erant. Hæc (in-  
 1.ulti. §. pa- quam) siue honoris siue generis nobilitas,  
 trimonio- rū. De mū. que Cæsarum præcipue Constantinopolis  
 & hon. l. 2. 3. & ulti. C. tanorum tempore fuit, non temerè tribue-  
 de mun. bat ullam immunitatē uel à tributis, uel  
 patrim. à muneribus patrimoniorum: quanquam

Lulti. C. de Theodosius testis sit, antiquitus statutum  
 fun. limit. fuisse, ut militibus sine ullo prorsus collatio-  
 nis onere agri limitanei assignarentur. pro-  
 ptereaq; facile putarem, Constantinum suis  
 ducibus, comitibus, & militibus Castella-  
 nis, quibus, ut antea dixi, prædia dabat, at  
 que ita assignabat, ut ad eorum etiam ha-  
 redes transirent, donauisse planè immu-  
 nia & libera ab omni collatione, mune-  
 reg; tum personali, tum patrimoniali, exce-  
 pto solo militari officio.

Porro ut esset facilior ratio, & facul-  
 tas liberior tributorum persoluendorum,  
 edixit Constantinus, ut non minus auro  
 quàm argento dependi ea possent. Plinius  
 Lib. 33. ca. 3. scribit, ueteres Romanos, cum de tributis  
 agere.

ageretur, prouincijs semper argentum im-  
peritasse, non aurum. Neq; tamen existi-  
mo tam fuisse postea morosos atq; difficiles,  
ut aureorum numorum solutionem repu-  
diarent. Sed ut aestimatio, sic etiam propor-  
tio difficilis erat. Ergo Constantinus:  
lubemus (inquit) ut pro argēti sum I. una. C. de  
ma, quam quis thesauris fuerat il- argē. prec.  
latus, inferendi auri accipiat fa- "  
cultatem: ita ut pro singulis libris "  
argenti, quinos solidos inferat. "

De solidorum aestimatione dictum est  
alias s̄epe: quanquam & pondus & pre-  
cium s̄epe iactatū mutatumq; fuerit. Certè  
Ioachimus Camerarius narrat, se app̄edif-  
se ueterem quandam Constantini numum  
aureum, ac reperiisse pondus denarij unius  
ac ferè quadrantis. appendisse & alterum  
Diocletiani paulo grauiorem, leuiorem ta-  
men ueteribus illis, qui erant ponderis de-  
nariū duūm. Narrat & Buædus, se ui-  
disse Constantini nostri, & Iuliani & Ma-  
gnentij

gnentij aureos, sed ita imminuto pōdere, ut  
seni & semis uix æquarēt unciam auri:  
cum olim quaterni in uncias signarentur.  
Sed & de libra auri & argenii copiose alijs  
scripserunt. Sanè ut hæc Constantini lex  
suā argenii librā aestimat quinq; solidis aw  
reis: sic Imp. Alexandri cōstitutio libram

I. quoties. C. de su- auri solidis septuaginta duobus: Arcadij  
sceptor. luna. C. de autem & Honorij, libram æris, uigesima  
collat. æris. solidi aurei parte. Sic enim edicunt, ut pro-  
uiginti libris æris, unus auri solidus à pro-  
vincialibus exigatur. Illud uero præcipue  
hic obseruemus, quod colligere hinc pos-  
sumus, quæ nam ijs temporibus fuerit pro-  
portio auri ad argentum, & argenii ad as:  
nempe, argentum cum ære collatum, si de  
æstimatione queratur, fuisse centuplum:  
aurum uero cum argento comparatum,  
fuisse propè quindecuplum: hoc est, ut cras:  
suis loquar, & apertius, libram unam ar-  
genti ualuisse centum libras æris: auri uer:  
ò libram, argenti libras quatuordecim, ac  
propè

propè dimidiā. Ac sānē ex Plinio e-  
tiam intelligi potest, cum primū Romæ  
numus aureus excusus est, eam fuisse pro-  
portionem auri ad argentum, quæ est u-  
nius ad quindecim. Herodotus suo tempo-  
re in Asia significat aurum cum argento  
collatum, non nisi (ut loquitur) τρισδε-  
κασάριον fuisse: qualis est proportio unius  
ad tredecim. Hancq; rationem secutus Da-  
rius esse uidetur, qui in exigendis tributis  
dicitur singula auri talenta æstimasse tre-  
decim talentis argenti. Nostro iam tem-  
pore minus auro, argento uero plus tribu-  
tum est. Nam hodie uix est auri ad argen-  
tum duodeculpa proportio: quam tamen  
apud Platonem Hipparchus significat esse  
iustissimam. Polux uero non nisi decu-  
plex aurum esse in comparatione argenti  
scribit, & testimonio Menandri probare  
id conatur.

Nunc quoniam rem numaria ingressā  
sumus, quid præterea Constantinus statue-

rit, uideamus: ut certe res est in Rep. in pri-  
mis necessaria. Laudarunt olim Roma-  
ni, multisq; uicatim statuis, quas & thure  
& cereis (ut Cicero scribit) honorabant,  
ornarunt Marium Gratidianum, quod  
cum Praetor esset, rem numariam de com-  
muni sententia collegij constituisset, edictuq;  
de ea conscriptū edidisset: quo alioqui tem-  
pore sic iactabatur numus, ut nemo (quem  
admodum inquit Cicero) scire posset, quid  
haberet. Addit & Plinius, rogationem  
pertulisse de schola institueda, in qua iuuē-  
tus doceretur numos probare, & ab adul-  
terinis probos discernere. Uellem equi-  
dem & illud huius Gratidiani edictum  
extaret, & schola talis retenta esset. Sed  
quando utrumq; hoc beneficium nobis ini-  
quitas temporum inuidit, saltem Constan-  
tini hac de re leges, quae supersunt, retineā-  
mus. Apud Dionem Mecōnas agens  
cum Augusto de partibus rationibusq;  
Reip. recte & sapienter constituenda, po-  
ste aquam

stequam de tributis uerba fecit, subiungit  
de re numaria: Augustum pati non debe-  
re, ut quisquam in orbe Romano aut pri-  
uatim numos cudat, aut alijs mēsuris, pon-  
derib. numismatibus ue, quam Romanis  
utatur. Nos quoque post tributarias Con-  
stantini leges, numarias iam uideamus: qui  
bus & longè plura, quæ & magis necessa-  
ria erant, prudenter eum prouidisse, & bo-  
nis legibus sapienter communissime constat.  
Ac in primis quidem occurruunt duæ illæ  
nobilissimæ eius constitutiones, de ueteris  
numismatis potestate, quæ libro II. Cod. ex-  
tant. Prioris uerba sunt hæc: Solidos <<  
ueterum principum ueneratione <<  
firmatos, ita tradi & suscipi ab e- <<  
mentibus & distrahentibus iube- <<  
mus, ut nihil omnino refragatio- <<  
nis oriatur: modo ut debiti ponde- <<  
ris sint, & speciei probæ. Scituris <<  
uniuersis, his qui aliter fecerint, <<  
haud leuiter in se uindicandum. <<

1.24.elegā-  
ter. §. qui  
reprobos.  
De pigne.  
act. *Dixit aliquando Ulpianus, reprobos  
nummos non liberare soluentem. Eos uero  
demum non esse reprobos, nūc definit Con-  
stantinus, qui non modo formam notamq;  
legitimum præse ferunt insculptā, impres-  
sam ue: sed & iustum sūm pondus habent,  
& sunt materiae probæ. & quidem hac le-  
ge complectitur tria illa, quæ in numis spe-  
ctamus: materiam nempe, ex qua conflu-  
tur: eiusq; & qualitatem & quantitatem:  
postremo ipsum, ut uocant, characterem;  
figuram'ue.*

*Ad materiam quod attinet, non nisi  
tria metallorum genera sunt, ex quib. nu-  
mus conflari probus possit: aurum, ar-  
gentum, æs. ut & olim Romæ Triumui-  
ri monetales dicebantur, auri, argenti, æ-  
ris flatores. Et ne quis stanneos plumbeos-  
ue nummos haberet, lege Cornelia cauim  
nelia caue-  
tur. §. eadē. fuit. Et Plautus in Mostell. fabrū quem  
Ad leg. dam accusat, qui plumbeos cedere solebat.  
Corn. de.  
fal. Scio Dionysium Siculum tyrannum suos  
aliquando,*

aliquando Syracusanos coegisse, stanneis  
numis uti. Et Spartanam, sicut & By-  
zantinam monetam, fuisse aliquando pla-  
nè ferream accepimus. Sed prudentiores  
fuerunt Romani, qui totum hoc uitiosi nu-  
mismatis genus reiecerunt. Ac noster qui  
dem Scœuola etiam ærosam pecuniam re-  
probam esse, tolliqub debere significat. Sed  
ærosam appellat, quæ plus habet admixti  
æri, minusque uel auri uel argenti, quam o-  
porteat. Ulpianus quoque ait, lege Cornelia  
caueri, ut qui in aurum uitij quid addide-  
rit, falsi crimine teneatur. Ut certè uitiosa  
hæc additamenta tolli, eorumque autores, qui  
tam multis tam maliciose imponunt, graui-  
simè coerceri oportet. Nam & olim fraus  
hæc fuit frequens, & sepe prudentissimū  
quæque fallebat. Ipse ad Atticum suum scri-  
bens Cicero: Vide quæso, (inquit) ne qua  
lacuna sit in auro. Ego ista non noui. Sed  
quo minus hæc lacunæ (sic enim uocat,  
quod in numero, qui aureus habetur, est non

l. 102. credi  
tor. de  
solut.

aureum) deprehendi possunt, tanto est ne  
ceſe magis talem imposturam castigari.  
Neq; tamen ignoramus, numos non confla-  
ri ex auro argento' ue, quod omnino pu-  
rum putumq; sit. Satis est, seruari iustum  
illam & publicè definitam, certoq; iudicio  
constitutā, paſſimq; adeò receptam commi-  
xionem, quæ necessaria eſſe uisa eſt ad u-  
ſum commodiorem. Ea ſi seruetur, eſſe dice-  
tur (quod in primis requirit Conſtatīnus)  
species proba. Iuſtinianus qualitatem ap-  
pellare uidetur, cum ſtatuit, ut ſi de quali-  
tate ſolidorum orta fuerit dubitatio, Zygō-  
ſtates per ſingulas ciuitates conſtitutus, pro-  
ſua fide atq; industria ſic dirimat contro-  
uerſiam, ut neq; fallatur, neq; fallat quen-  
quam.

Quo autem modo ueteres definierint  
hanc (ut appellamus) qualitatem, certò  
equidem dicere uix poſſum. Sed ualde pro-  
fecto dabant M. Antonium, quem plu-  
rimum ferri denarijs admisſuſe ſcribit  
Plinius:

Plinius: & Antoninū Caracallam, quem  
Dion narrat in usū habuisse numos adul-  
terinos, plumbumq; argentatum, & aës inau-  
ratum, pro argento uel auro suis senatori-  
bus dedisse. Excusant uero Liviū Dru-  
sum tribunum pl. qui consensu & iudicio  
populi, cum numos cuderet, argento mi-  
scuit octauam æris partem. Sane in Gallia  
ueterum Regum edicis constitutum est, ar-  
gentum, ex quo numus conflandus est, non  
nisi uigesima quarta sui parte abesse debe-  
re ab solida absolutaq; puritate. Hocq; ideo  
argentum, ad hunc modum dilutum, Re-  
giū appellant. Sed quo minus is semper ser-  
uaretur modus, isq; summus ueluti gradus  
argenti optimi perpetuo retineretur, per  
temporum calamitates factum est.

Quod ad materiæ quantitatem (sic e-  
nim populariter nunc loqui cogimur) atti-  
net, sapienter edixit Constantinus, iustum  
pondus seruari debere. Ac alio quidem e-  
tiam loco significat, suos Quæstores, pecu-  
niam,

I.r. C.de niam, quæ tributorū nomine soluebatur,  
ponderat. solitos esse appendere: edicitqz, ut id aequa  
lance libra ue fiat. Quo autem modo qua-  
titatem hanc definiant Veteres, uix in u-  
niuersum dici potest. Optandum fortasse  
eſſet, publicis sumptibus numeros eo pondere  
excudi, ut nō minoris sit rude quam signa-  
tum metallum. Sic enim facilius fieret, ut

I.z. de eo (quod esse debere dixit noster Caius) una  
quod cer. eſſet ubiqz & eadem pecuniae potestas: &  
loco. sublata lucrispe, priuatis hominibus omnis  
occasio monetæ clam excudenda ablatâ  
eſſet. Sed quoniam quod optamus, & ve-  
teres quidam etiam iurisperiti non modo  
optauerunt, sed etiam postulauere, nulla  
ſpes eſt, impetrari aliquando ut poſſit: pro-  
ximum eſt, ut quantitatis, de qua nunc lo-  
quimur, ad qualitatem proportio, si nō om-  
nino æqualis, saltē iusta quedam, & cer-  
to modo definita ſit. Quanquam rur-  
sus per publicas clades non unus ſemper hic  
ſeruatus ſit modus. Secundo bello Punico,  
cum

cum aerarium Rom. belli sumptibus non sufficeret, decreto senatus, & populico sensu, as libralis factus est sextantarius: ut qui antea XIII unicarum erat, non nisi duarum unciarum fieret, manente nihilominus veteri eademq<sup>z</sup> estimatione. Deinde propius instantē Hannibale, dicitur etiam factus uncialis. Ceterū si quis priuatim numeros raserit, teneri lege Cornelia de falsis, dubium non est.

I. quicunq;  
Ad legem  
Corn. de  
fals.

Non est satis, numum probæ esse materiae, iustiq<sup>z</sup> ponderis: signari etiam, efformariq<sup>z</sup> debere publica auctoritate & iussu Principis, ut impressus hic character, sit ueluti publica testificatio, approbatioq<sup>z</sup> numeri, sensu Constantinus. Priuatis certè hominibus ne olim quidem licuisse numū pudere, constat. Nam & Asconius Pedianus testis est, legem Corneliam numariam fuisse de moneta, ne quis priuatus pecuniā faceret. Eiusq<sup>z</sup> legis numariae meminit Ciceron 111 Verrina. Sed & habebant ue-

teres Romani suos Triumuiros monetales, auro, argento, ære, flando, feriendo. Erratq; Romæ officina monetæ, uicina templo Iunonis monetæ. Apud Aristotelem lib. 1. Polit. legimus, numis impressum esse characterē, ut esset τὸ ποσὶ σημεῖον, nempe ut indicaret ipsa estimationem legi impositam, in qua sita est tota uis pecuniae, & ueluti substantia, magis certè quam in eius materia. quod & Paulus subtrah. emp. tiliter aliquando significauit.

Missam hanc rem faciam, si illud breuit er adiecerō, quod Eusebius scribit, uoluisse Constantinum suam numis excusis effigiem sic insculpi, ut hominis Deum flexis genibus inuocantis speciem præse ferret.

Ubirite excusi numi sunt, de eorum estimatione, que non eadem plerunq; est, sed saepe iactari solet, querendum est. Hac de re agit altera illa, quam antea proferre pollicitus sum, Constantini constitutio, qua<sup>»</sup> his uerbis edita est: Pro imminutio-

ne,

ne, quæ in æstimatione solidi for-  
tè tractatur, omnium quoque pre-  
cia specierum decrescere oportet.

Brevis est, sed ualde obscura lex. Et  
accidit quidem nescio quo modo plerunq,  
ut Cæsares Constantinopolitani in suis con-  
stitutionibus edēdis uerbosi eſſent, ubi non  
erat multis uerbis opus: ubi uero res uerbo-  
ſius explicanda erat, ualde concisi. Cona-  
bor tamen, quam propositæ legis sententia  
eſſe accepi, familiariter patefacere, & ad  
uſum communem referre. Hic dicitur pru-  
denter intellexisse Constantinus, æstimatio-  
nem unius alicuius speciei generis ue-  
numorum, ueluti solidorum, imminui non de-  
bere: quin itidem iusta proportione immi-  
nuatur aliorum numorum, qui alterius  
fortasse generis sunt, æstimatio. Hinc autem  
recte consequi, quod ille uult: imminuta ne  
pe ad eum modum & proportionem æsti-  
matione omnium numorum, aliarum quo-  
que rerum omnium, quæ numero æstiman-

tur, *precia imminui atq<sub>z</sub> decrescere*, sicuti  
et contraria ratione crescere atq<sub>z</sub> augeri  
debere. Ceterum si unius tantum alicuius  
generis numerorum, ueluti solidorum, minu-  
eretur *æstimatio*: reliqui uero numi alter-  
ius generis, priorem suam retinerent *æsti-  
mationem*, non consequeretur, preciare-  
rum decrescere. Nam hæc eadem man-  
rent, quod ad eos numeros attinet, quorum  
neq<sub>z</sub> mutata neq<sub>z</sub> imminuta *æstimatio* est.  
Quod ad eos uero solidos, quorum *premium*  
decreuit, etiam augeri uidentur. Quid e-  
nim? Finge aurei tanum coronati *æstima-  
tionem esse imminutam*, ut qui *æstimaba-  
tur quadraginta quinq<sub>z</sub> assibus*, nūc solum  
*æstimetur quadraginta*. Certe equus, qui  
antea decem coronatis *æstimatus fuisset*,  
iam *æstimabitur undecim coronatis*, et  
decem assibus. Sic ediuerso, si solius corona-  
ti *augeatur æstimatio*, ut qui prius erat af-  
fū quadraginta, fiat quadraginta quinq<sub>z</sub>:  
certe iam quod ad eum attinet, decrescere  
uide-

videbuntur rerum precia: & equus ille,  
qui antea estimatus fuisset decem corona-  
tis, iam solum estimabitur octo coronatis,  
& assibus quadraginta. Est quidem reue-  
ras semper eadem estimatio, si uim & u-  
sum spectes. Sed pauciores coronati nume-  
rantur, ubi maior eorum estimatio est: &  
quo minor facta est, tanto etiam plures dabu-  
tur. Ceterum ubi omnium numerorum, cu-  
iuscunq; generis sint, estimatio, aqua pro-  
portione uel augetur uel minuitur, recte di-  
ci uidetur quod Constantinus ait, rerum i-  
tidem aliarum omnium precia uel augeri,  
uel decrescere: ueluti si pro decima parte ge-  
neraliter numeris minuatur: & qui antea  
decem libras habere dicebatur, iam tantum  
habeat nouem: certe res quae prius estima-  
batur decem libris, iam nouem tantum  
estimabitur. Non de negotiatoribus nunc  
loquor, ijs' ue qui rem, quanti possunt, sem-  
per uendunt, & plurimi faciunt, maxi-  
moq; estimant. Loquor de uera rerum  
esti-

æstimatione, de qua apud indicem uel arbitrum quæreretur. Dixi, quām potui simplicissimè, quod superiori Constantini cōstitutione tradi, ab ingeniosis hominibus accepi: quod quidem & iustū esse, & magnum in Rep. usum habere posse, nemo nō uidet. illudq; etiam contineri, ne unius alius speciei numorum æstimatio uel immuinatur, uel augeatur: quin de alijs omnibus numis, &qua proportione, idem statutur. Nam alioqui cum multa iniqua fierent, tum uero commercia inturbarentur, & magna in Repub. turbæ nascerentur.

Atq; huius quidem etiam loci esse uidetur illa, quæ eodem Codicis Iustiniani tractatu subiecta est Gratiani, Valentini-ani & Theodosij constitutio, obryzatorum omnium solidorum uniforme precium es- se debere. Vulgus existimat ea lege caueri, precium numorum sic in perpetuum se- mel statuendum esse, & ueluti figendum, ut nun-

ut nunquam uel augeri uel imminui pos-  
sit. Quod quidem tam effici non potest,  
quam & stultum & ineptū esset, & Rei-  
publ. plerūq; perniciosum, si fieret. Sed illud  
potius, sicuti accepimus, lex illa edicit,  
(quod quidem magna & prudentia &  
rationis est) unius alicuius certae speciei so-  
lidorum uariam diuersamq; aestimationē  
esse non debere: ac si eiusdem & materiæ  
sint & ponderis, eiusdem quoq; precij esse,  
tametsi fortasse non eadem sint forma ex-  
cusi. Obryzatos autem uocari solidos,  
qui ex auro optimo & purissimo conflatū  
sunt, dubium non est. Nam & Plinius scribit, obryzum aurum uocari, quod, cum igne probatur, simili colore, quo ignis, ru-  
bet. Ac ipse quidem etiam noster Con-  
stantinus quodam loco solidorum obryzato-  
rum meminit, cum de uotorum oblatione loquitur, & hanc (ut appellat) populi de-  
uotionem, si modum seruet, sibi gratam es-  
se proficitur. Vetus Romæ mos fuit (nā  
hoc

Plin.lib. 33.  
cap. 3.I.una.C.de  
oblat.uot.

hoc obiter explicandum est) ut pro salute  
Principis multa solennia uota conciperen-  
tur, nuncuparentur, atque etiam religiose  
persoluerentur. Itaque & Augustus hoc  
nomine quo annis à Populo Romano uolu-  
ti stipem colligebat. Edixerat autem, ne  
quis pro salute sua, Imperij uefortuna pu-  
blica, quicquam uoueret, quod supra suas  
facultates esset. Sed simul instituerat illas,  
quas accipiebat, argenti oblationes: quas

Dion lib. Claudio Imp. postea sustulisse dicitur.

52. & 58. Constantinus tam morosus non fuit, quin  
illa populi munuscula, & ueluti strenas  
bene precantis, grato & libenti animo ex-  
ciperet. Sed tam auarus non fuit, quin lar-  
gitiones tales ad iustum modum reuocaret.  
Qua quidem de re multa utiliter fortasse  
dicere possem: sed me nunc reuocat res mo-  
netaria, quam ut absoluā, dicā duas, que  
occurrunt, & ad eam sancienda pertinet,

L. & 1. C. de fals. abs Constantino grauiſſimas constitutiones  
mon. editas esse, aduersus eos qui falsam monetā  
excit-

excuderent. Constat rem hanc in primis  
animaduertendam esse: ueteresq; omnem,  
qua adhiberi potuit, adhibuisse cautionem,  
ut huic speciei falsi occurrerent. Et ut illa  
qua satis nota sunt, nunc non commemo-  
rem: extat uetus quidam de re bellica libel-  
lus, olim scriptus ad Theodosium Imp. &  
eius filios, ut numari & opifices monetæ  
in aliqua insula, in qua alijs nullus acces-  
sus pateat, ueluti concludantur. Sed quis  
(inquit ille) custodiet ipsos custodes? Quod  
extremum fuit, Constantinus acerbitate  
suppliciorum hoc crimen repressit. Iubet i-  
taq; adulteros solidorum (sic enim eos uo-  
cat) flamarum accensionibus (ut loqui-  
tur) tradi, sine ullo prouocationis beneficio:  
neq; eorum modo bona publicari, sed & do-  
num ipsam, in qua adulterini numi excu-  
si erunt. ac ne dominum quidem ignoran-  
tem excusari, nisi si aut procul abfuerit,  
aut statim atq; rescivit quod suis in ædibus  
factum est, ultro proddiderit. Tiduis tamen  
infeli-

infelibus, & pupillis innocentibus huma-  
niter parcendum esse monet. Sed interea  
tutores, qui ignorare, quod in domo pupilla-  
ri fieret, non debebant, cōdemnat, tantum  
ut fisco de suo pendant, quanti domus illa  
est. Seuera profecto lex. Sed necessaria  
erat, ut modis omnibus tolleretur malum  
illud, quo uix quicquam est in Rep. magis  
perniciosum. Ac illa quidem tēpora,  
quibus multos bellis ciuilibus & tyranno-  
rum exactionibus exhaustos paupertas ni-  
hil non & audere & tentare cogebat, seue  
ritatem hanc requirebant. Sed neq; hic  
prætermittenda est illa, quæ libro i x. Cod.  
Theodos. extat Constantini cōstitutio, ad-  
uersus eos qui solidi circulum exteriorem  
inciderint: quos capitali supplicio puniri iu-  
bet. Responsum quidē iam antea fuerat,  
ad Leg. Corn. de fals. lege Cornelia teneri, qui excusos numeros ra-  
serit. Sed bonas səpius leges ferri cogūt ma-  
li hominum mores: & grassantibus delictis  
pœnas exacerbandas esse, ueteres monue-  
runt.

runt. Olim apud Aegyptios falsæ monete  
conuictis non nisi manus præcideban-  
tur, ut Diodorus narrat. Nunc cum ca- Diod. lib. 2.  
put ipsum præciditur, & atrociori etiam  
suppicio hoc maleficium punitur, deterre-  
ritamen hominum audacia nō potest: uix  
que ulla aduersus eam cautio satis idonea  
potest excogitari. Illud tandem præterire I. qui fal-  
non possum, quod Paulus respondit: Eos  
qui falsam monetā percusserint, si in totū  
efformare noluerint, suffragio iustæ pœnitē-  
tia absolui. Constituta re militari, quæ Rei  
pub. necessaria defensio est, eius que ueluti  
neruis bene compositis, qui in uectigalibus  
& tributis esse dicuntur, totaq; adeò re mo-  
netaria, quod magnum est Reip. tanquam  
uinculum, prudenter descripta atq; sanci-  
ta: magna iacta esse uidentur quietis publi-  
cae, quam ciuilis hominum societas exigit,  
fundamenta. Sed ut iustas de bello le-  
ges, deq; disciplina militari continenda, ut  
in ocio ciues uiuere sine iniuria possint, ne-

cessarius esse uidit Constantinus : sic etiam gladiatoria domi certamina retineri passus non est, crudellemq; illum totum & sanguinarium lanistarum ludum sustulit. Non tulit olim Cato Censor, neque ferre debuit, L. Flaminium, qui ut saeuos sui scorti pasceret oculos, inter epulas iusserat reum nescio quem, rei capitalis damnatum securi cædi. Cur insani populi talem ludum postulantis, insanias delicias ferret Constantinus? Fuerat hic Romæ multis iam annis mos inhumanus, ut multi etiam priuati homines ambitiose populo exhiberent patria gladiatorum. Nam & in libris Iuris consultorum frequens mentio testatorum est, tale (ut appellabatur) munus dari edie iubentium. Ac tempore quidem Tiburij, senatus consilio cautum fuisse accepimus, ne quis illud dare posset, cui minor quadringentis millibus census esset. Sed in terea saltē uiri Principes, aut locupletes, ut populo placerent, tanto id magis praestabant.

bant. Quid? Ipse Philippus Imp. cum qui-  
dem etiam Christianum alioquin se esse fin-  
geret, celebrans, anno ab Urbe condita mil-  
lesimo, Seculares illos suos ludos, mille gla-  
diatorū paria cōmisissē dicitur. Sed quan-  
to & Reip. amantior, & Imperio dignior,  
& uero sui & muneris & nominis religio  
nisq; obseruantior Constantinus, qui lege la-  
ta gladiatoriā illam lanienam, quæ non  
tam hominum est quam ferarum, primus  
sustulit, & è Rep. Christiana summouit?  
Verba eius legis in Iustiniani Codice hæc  
proponuntur: Cruenta spectacula in <sup>I. luna. C. de</sup>  
ocio ciuili & domestica quiete nō <sup>gladiat.</sup>  
placent. Quapropter omnimodo  
gladiatores esse prohibemus. " "

In Codice Theodosiano: Cruenta  
spectacula in ocio ciuili & dome-  
stica quiete non placent. Quapro-  
pter qui omnino gladiatores esse  
prohibemus, eos qui fortè delicto  
rum causa hanc conditionem atq;  
" "

„ sententiam mereri consueuerant,  
 „ metallo magis facies inseruire, ut  
 „ sine sanguine suorum scelerū pœ'  
 „ nas agnoscant.

Edidit hanc constitutionem, quo anno synodum Nicænam coegerat. neq; dubium est, quin sancti illi patres, qui concilio intererant, ualde eum hoc etiam nomine laudarint. Nam & ueteres Christiani ita ualde ab gladiatorijs ludis abhorreabant, ut omnino statueret sibi fas non esse, cruentis illis interesse spectaculis. Quid? Vino adhuc Constantino personabant illæ Latantij uoces: Eodem facinore spectatorem gladiatorum obstringi, quo & admissores: ac in his gladiatorum sceleribus non minus eum cruento perfundi, qui spectat, quam qui facit: nec posse immunem esse à sanguine, qui uoluit effundi: aut uideri nō interfecisse, qui interfectori & fauet, & præmium postulauit. Fugienda igitur omnia huiusmodi spectacula esse. Cum has conciones audiret

audiret Constantinus, an officium suum non  
 faceret? Dicebat olim Cicero: Crudele gla-  
 diatorum spectaculum & inhumanum non  
 nullis uideri solet, & haud scio an ita sit,  
 ut nunc sit. At Constantino cur ita uide-  
 retur, & uero cur non dubitaret ita esse,  
 itaq; bonis omnibus uideri debere, magna  
 profectio causa erat. Fecit itaq; quod Prin-  
 cipem & pium & humanum, & deniq;  
 non barbarum facere oportuit. Certe  
 scriptores Ecclesiastici inter res à Constanti-  
 no præclare gestas non postremo loco nu-  
 merant, sublatos gladiatores. τάκινοι (in-  
 quir Socrates) τὰ μονομάχια. Et Sozo-  
 menu: ταρπεῖον μαίοις Τότε πρῶτοι οἱ  
 τῷ μονομάχῳ ἐνωλύθη θέα. Pro-  
 ferrem aliquot Principes Rom. qui cum  
 multis alioqui uitijs laborarēt, hactamen  
 humanitate fuerunt, ut ualde abhorrerēt  
 ab illis spectaculis: nec nisi inuiti & prope  
 illachrymātes talia munera populo daret.  
 Sed cum nostro Constantino comparari

Lib. 2. Thm  
scul.

non possunt, neq; debent: qui tam non indulxit insano populo, ut primus ausus sit etiam inuitum ab hoc ludo reuocare. Neq; tamen efficere potuit, quin aliquando ad ingenium feri homines redierint. Sic ubi mortuus fuit Constantinus, contemptam eius legem fuisse, & suum iterum ludum lanistas aperuisse constat: & Ecclesiastica historiae narrant, cum temporibus Honori atq; Arcadij quidam ab Oriente Romā uenisset monachus, & monomachias illas uehementer damnans, suo etiam obiecto corpore cuperet eas dirimere, ualdeq; instaret ut talia certamina tollerentur, lapidibus à populo, qui hanc sibi uoluptatem eripi non ferebat, obrutum esse: eaq; re commotos Honorium atq; Arcadium Impp. legem de hisce ludis gladiatorijs tollendis repetuisse, Constantiniq; iudicium confirmasse. Sed difficile erat, lanistas cum suis gladiatoriibus, retiarijs, secutoribus, mirrillonib. hoplomachis, & tota illa carnificum

ficum cohorte, urbe pellere atque ejcere.  
Porro tam seuerus & tetricus, & ab omni ludo abhorrens non fuit Constantinus, quin Gymnici agonis, qui incruentus erat, spectacula, oblectamenti causa populo reliquerit. Qua de re quædam eius extat constitutio. <sup>I. i. C. de spectac.</sup> Laudat quidem in suis Epistolis Plinius Treboniū suum Rufinū, quod cum Duumuir Viennæ esset, Gymnicum agona lege lata sustulerit. quo nomine accusatum fuisse narrat: sed fuisse etiam à Traiano Imp. absolutū scribit. Si sustulit Gymnica illa certamina, quæ humano sanguine respergebantur, (quales illi erant ludi funebres, in quibus bustuarij gladiatores committebantur,) bene profecto & sapienter fecit, & erat laude quam accusatione dignior. Sed Gymnicum agona, qui uirtutis tantum causa exercebatur, non magis daretur quisquam possit, quam colluctationem, aut pancratium. Huius uero generis spectaculis, ut Consules populum oblectaret, per-

misit etiam lege lata Iustinianus. Quid?  
 In eodē illo suo de spectaculis tractatu, di-  
 gnam esse putauit, quam commendaret,  
 I.eos qui. legem Valentiniani, Gratiani & Theodo-  
 C.de spect. sy, ludis Circensibus tam ualde fauente, ut  
 aurigas qui in ijs equos agitat, nullo praे-  
 ter Circense certamen supplicio, si delique-  
 rint, afficiendos esse profiteatur. Lau-  
 dat tamen Valentinianum Ambrosius,  
 quod cum ludis Circensibus nimium oble-  
 ctari diceretur, sic se se castigarit, ut ne solen-  
 nibus quidem Principum natalibus eos ce-  
 lebrari pateretur. Sed populo ludorum  
 omnem oblationem adimere uix boni  
 principes possunt, neq; semper opus est. Ex-  
 tat quædam Arcadij atq; Honorij consti-  
 tutio de Maiuma, ut eius festi laeticia pro-  
 uincialibus reddatur. Ludus erat, qui me-  
 se Maio celebrabatur, no dissimilis illi (ut  
 Cicero appellat) Tiberinæ decurioni, cum  
 plebs Romana ad maritimam ciuitatem  
 Ostiam secùdo Tiberi decurrentis, iacula dis-  
 aquis se se oblectabat. Sed

Sed illas populares siue delicias siue ineptias omitto: quanquam laudandæ leges sint, quæ iustum in ipsis modum seruari præcipiant. Illud uero & lubentius laudo, & maiori etiam laude dignum est, quod Gymnasia bonarum artium, literarumq; ludos Constantinus conseruarit, multisq; etiam modis auxerit atq; ornarit. Ac superiori quidem libro dictum copiose est, de scholis Ecclesiasticis. De ciuilibus, quæ liberalium artium custodes sunt, dicendum nunc est. Has enim, ut illas, Constantino ualde curæ fuisse scimus: et esse debere, semperq; fuisse omnibus, qui rem publ. resq; bonas amant, profitemur. Sed Constantini legem prius audiamus.

Medicos, Grãmaticos, & alios  
professores literarum, & docto-  
res Legum, cum uxoribus & libe-  
ris, nec non & rebus quas in suis  
ciuitatibus possidet, ab omni fun-  
ctione, & ab omnibus muneribus

„ ciuilib. uel publicis immunes esse  
 „ præcipimus; & nec in prouincijs  
 „ hospites recipere, nec ullo fungi  
 „ munere, nec ad iudicium deduci,  
 „ nec eximi, uel iniuriam pati: uel si  
 „ quis eos uexauerit, pœna arbitrio  
 „ iudicis plectetur. Mercedes autē  
 „ eorum & salario reddi iubemus,  
 „ quo facilius liberalibus & memo-  
 „ ratis artibus multos instituant.

*Extat libro decimotertio Codicis Theodosiani, tres huius generis constitutiones Constantini: quas in hanc unam Iustinianus, ut saepe alias fecit, contraxisse uidetur. Singulas nunc iterum aut describere aut recitare, non est neceſſe. Sed illud obiter obseruandum eſſe puto, primam editam eſſe Sirmij in Pannonia, proximo post uitium Licinii anno: secundā Constantinopoli, statim post Nicenam synodum: tertiam eodem quidem loco, sed septem post annis. Quo magis intelligamus constantem hanc eius*

eius fuisse atque perpetuam uoluntatem:  
neq<sup>z</sup> impetu quodam & inconsulto calore  
cæci fauoris ueluti abruptum eum fuisse,  
sed certo consilio iudicioq<sup>z</sup>, & ratione diu  
cogitata commotum. Laudat Eusebius sa-  
pientissimum hunc, & (quod maius est,  
estq<sup>z</sup> perrarum) uerè Christianum princi-  
pem, quod liberos diligenter suos erudiri uo-  
luerit, atq<sup>z</sup> etiam curarit: optimisq<sup>z</sup> eos eru-  
diendos tradiderit præceptoribus, non rei-  
tantum (ut fit) militaris, sed religionis in-  
primis doctrinæq<sup>z</sup> Christianæ, & Iuris dein  
de Civilis, ut & aliarum bonarum litera-  
rum. Ceterum ut sue priuatim familiae  
(cuius tamen bonam institutionem etiam  
Reipublicæ ualde salutarem fore sciebat)  
& Imperio recte hac ratione consultū es-  
se uoluit: sic etiam uoluit alios bonos patres  
familias ad sui exempli imitationem reuo-  
care: & interea, quæ ad hanc rem necessa-  
ria esse uidebantur, publicè suppeditare.  
Non meum est, sed Sexti Aurelii Victoris

ris uetus dictum, Constantiū nutrīsse artes bonas, præcipueq; studia literarum. Et sanè cum Lactantium Firmianum, qui Nicomediæ multis annis bonas literas docuerat, filio suo Crispō præceptorem in Galia dedit, præstantem magnumq; non eloquentiæ tantum (quæ in eo summa fuit, & ijs præsertim temporibus, planè admirabilis atq; singularis) sed & religionis ueræ & pietatis doctorem: eumq; ipse iam senem, & ab ingratis auditoribus desertum, tantopere coluit: non obscure significauit, sese talem esse in hoc quoq; genere principē, qualis & esse dicebatur, & debebat esse. Ac domesticum quidem etiam patris sui exemplum, quod imitaretur, habebat. Quam enim is Constantius scholis literarum tuendis curam impenderit, quamq; omnia quæ potuit, liberaliter suppeditarit, uel ex unius Eumenij rhetoris, qui tempore cum esset magister sacræ memoriae, scholis Cliviensium præfектus fuit, oratione

tione non ignobili ad Præsidem Galliarum habita, intelligi facile potest. Huius certè orationis memoria recès adhuc erat, & aures Constantini circumsonabat. Denique hic uidebat Licinum, quem inuitus habebat collegam & ueluti consortem Imperij, tam esse literis omnibus infensum atq; iniquum, ut eas etiam publicè damnare auderet, & appellare pestem Reipublicæ: cum quidem earum tam esset ipse ignarus atq; rudis, ut ne decretis quidem suis nomen subscribere suum posset. quod planè uereq; fuit, nescire literas. Huius igitur impuri barbariq; tyranni furores, ne, quam ruinam minabantur, daret, repressit Constantinus: bonamq; literarum bonarum causam acerrimè, ut debuit, defendit. neq; sane in hoc genere uel ab ipso Traiano uinci uoluisset. Plinius ad Traianum hæc oratio est plena gratulationis, atq; laudis iussissimæ: Quid, uitam? quid, mores iuuētūsis, quam principaliter formas? Quem honorem

norem dicendi magistris? quam dignitas  
tem sapientiae doctoribus habes? Ut sub te  
& spiritum & sanguinem, & patriam re-  
ceperunt studia, quæ priorum temporum  
immanitas exilijs puniebat, cum sibi om-  
nium uitiorum conscius princeps, inimicas  
uitijs artes, non odio magis quam reueren-  
tia relegabat. At tu easdem artes in com-  
plexu, oculis, auribus habes.

Si hac oratione ad Constantinum uta-  
mur, eademq; illi laude tribuamus, iure id  
nos facere profecto existimabimus. Magis  
certè uidit, literas & artes bonas nō solum  
nō esse, quod ille improbè Licinius mentie-  
batur, pestem reipublicæ: sed esse salutē &  
uitam, & lucem, & ueluti solem: neq; Rei  
publicæ tantum, sed & ipsius Ecclesiae ma-  
gnum esse decus atq; ornamentum. Nam  
& hanc ceriè paulo post cum pessundare  
impius ille, sed minime alioqui hebes, Iulia-  
nus uellet, & uim literarum atq; eruditio-  
nis intelligeret, Christianis pueris ludos lite-  
rarum

rarum obstruxit, quos alijs tamē profanæ  
suæ sectæ addictis aperuit. Nam & eius e-  
tiamnum lex est in Iustiniani Codice, quæ  
statuit, magistros doctoresq; præstantissi-  
mos esse diligendos, & ordinis iudicio, de-  
cretoq; Curiæ probandos.

L.magi-  
stros. C.de  
prof.&  
med.

Ut ad Constantini nostri constitutio-  
nem proprius accedam, videor eā recte pos-  
se appellare Priuilegium. Priuilegia olim  
sepius appellabantur, quæ de singulis ho-  
minibus ferebantur, & magis erant unius  
personæ quam causæ. De ijs propriè lo-  
quebatur illa lex duodecim Tabularum:  
Priuilegia, nisi Centuriatis comitijs, ne ir-  
roganto. Sic enim Cicero libro tertio de Le-  
gibus interpretatur, sublata ea esse, ut de  
singulis hominibus ferri non possent, nisi il-  
lis comitijs. Sed nonnunquam etiam Pri-  
uilegium ueteres appellant, quod est causæ  
magis quam personæ: nec de uno aliquo ho-  
mine, sed de certo potius quodā hominū or-  
dine fertur. Cuius generis priuilegia sunt,  
quæ

quæ in Iuris ciuilis libris multa commemo-  
rantur, & plerumque Iura singula-  
ria appellantur. Iulius Paulus, qui librum

**Cap. 16. de** singularem de iure singulari scripsit, defi-  
legibus. nit Ius singulare esse, quod contra tenorem  
rationis, propter aliquam utilitatem, au-  
toritate constituentium introductum est.

Ac constat quidem priuilegijs nihil es-  
se iniustius, nihilq; in Republica pernicio-  
suis, nisi si & iusta eorum causa sit, & iu-  
stus sit modus. Sed ubi hæc sunt, nihil est a-  
quijs, nihil utilius. Theodosius & Valen-  
tinianus Imperatores prudentissimi, aiunt  
in sua quadam cōstitutione, sese studiorum

I. quicquid. reuerentia præstare multa priuilegia. Hac

C. de ad- autē profecto iustissima, si ulla esse potest,

uo.diu. iudic. causa est, iuris alicuius & beneficij singula-  
ris. Illud uidendum est, ne qui abutantur.

Cæterū non fuisse Centuriatis qui-  
busdam comityjs opus, cùm aliquo priuile-  
gio ornandus literatorum hominum ordo  
eſet, & literarum collegys facile id fuisse  
concessum,

concessum, constat. Ne longius rem re-  
petam, Diocletianus Imp. rescrisit, decre  
to Decurionum posse immunitatem dari  
antistitibus liberalium studiorum, licet a-  
lijs non item possit. Et Ulpianus respon-  
dit, ambitiosa quidem decreta Decurionū  
rescindi debere, si decreuerint certā quan-  
titatem alicui de publico præstari: non esse  
tamen rescindenda, si ob liberalem artem  
id fuerit constitutum. Ob hanc enim cau-  
sam posse constitui salario.

I.I.C.de  
dec. De-  
cur.

Priuilegia, quæ bonarum artium lite  
rarumq; doctoribus tribuit superior consti-  
tutio Constantini, consistunt uel in immu-  
nitate, uel in honorario, uel in aliqua fori  
præscriptione. Sed antecessoribus, ut tū  
appellabantur, hoc est, legum & Iuris pro-  
fessoribus, honores etiam iure quodam ma-  
gis singulari additi sunt. Nam Valentinia  
nus imp. statuit, Iurisperitos, qui in urbe  
Constantinopolitana longo tempore docu-  
sent, uicaria illa dignitate ornari: quam

Cap.4. De  
decre. ab  
ord. fact.

n deinde

deinde Zeno Imp. suis comitibus, qui provincias rexerant, summi honoris causa concessit.

Priuilegijs, de quo Constantinus agit, prima, ut dixi, pars est immunitas. ac eam quidem ita donat, ut omnem omnino donare uideatur uacationem ab omnibus non solum personalibus (ut appellantur) sed et patrimoniorum muniberibus. Verum et si beneficia Principum latissime etiam nos interpretari debere dicant Iurisconsulti: tamen non recuso, quin uerba huius constitutionis Constantinæ paululum restri-gantur. Mitto, quod Arcadius de excusationibus scribens ait. Illud tantum dico, capitationem posse facile hic intelligi remissam: at non etiam iugationem. Vix ijs uerbis, quibus tum Cæsares utebatur. Cer-tè cum à publicis muniberibus uacatio generaliter dari dicitur, sèpius id intelligi solet de personalibus. Nam patrimoniorum mune-  
ra, præsertim ordinaria, non temere cit  
quam

quam remittuntur: ac ne Ponificem qui-  
dem ab ijs excusari, in Pandectis legimus.  
Et quam acriter reieci sunt Philosophi, at  
que repulsi, qui talem immunitatem pete-  
bant, ostendunt responsa, quæ in Iustiniani  
libris supersunt. Ceterum, ut auditoria i-  
psa, in quibus bonæ & liberales disciplinæ  
docentur, tranquilla, & ab omnibus pro-  
culturbis semota esse Leges uolunt: sic etiā  
equum fuit, priuatas professorū aedes non  
interturbari. Ergo Constantinus sua e-  
tiam constitutione est cōplexus, quod Ar-  
cadius scribit, Vespasianū, & deinde A-  
drianum, testatos esse, professoribus datam  
esse immunitatem, ne quem hospitio exci-  
pere cogantur: quodqb Paulus ait, angaria  
rum præstationem, recipiendiqb hospitis ne  
cessitatem, non minus ys quam militibus  
remitti. Sicuti & Constantimum hac in re  
secuti sunt Honorius atqb Theodosius: &  
alter deinde cum suo Valentiniano Theo-  
dosius.

l.ulti. s. pa-  
trimonio-  
rū. De mu-  
neribus &  
hon.

l. in hono-  
ribus. s. in  
Philoso-  
phis. De  
mū. & hon.  
l. profes-  
sio. C. de  
munerib.  
patrim.

Luna. C.  
De stud.  
lib. ur. Rō.

l.ult. s. ult.  
De mun. &  
hon.

l. ab his. De  
uacat. mū.

l.ult. C. De  
prof. &  
med.

l. archia-  
tors. C. de  
metat.

Secundum in Constantini constitutio-  
 ne priuilegium eſſe notaui, in salario ſine  
 honorario professorum. Extat libro duode-  
 cimo Codicis Theodosiani quædam Con-  
 stantini constitutio, in hæc uerba: Nulli  
 „ ſalariū tribuatur, niſi ei qui iuben-  
 „ tibus nobis ſpecialiter fuerit con-  
 „ fecutus. Meminerat ſapientiſſimus  
 hic Princeps, Alexandrum Seuerū gra-  
 uiter ſepe dixiſſe, malū pupillum eſſe Im-  
 peratorem, qui ex prouincialium uiceri-  
 bus homines non neceſſarios, neq; reipub-  
 utiles paſceret. Sed rurſus intelligebat, im-  
 probum ingratumq; ſe fore, ſi eos qui ne-  
 ceſſarij & utiles ſunt Reipub. nō paſceret.  
 Ergo ſpecialiter iuſſit, præceptoribus libe-  
 ralium ſtudiorum ſalaryum dari: alijs adi-  
 mi. imitatusq; eſt Antoninū Pium, quem  
 Capitolinus ait, ſalarya multis ſubtraxiſſe,  
 quos ociosos eſſe uidebat: ac dixiſſe, Nihil  
 eſſe ſordidius, crudelius ue, quam si Rem-  
 pub. ij arroderent, qui nihil in eam ſuo la-  
 bore

bore conferrent. Interea uero bonarum ar-  
tium doctoribus, per omnes prouincias,  
iussisse & honores & annua salario defer-  
ri. Si extaret uetustissima lex illa Cha-  
rondæ, qua Diodorus narrat hunc apud  
suos primum constituisse, publicè dari mer-  
cedem literarum magistris: eam nunc ego  
lubenter cum Romanorum Cæsarum le-  
gibus conferrem. Sed ut in eorum, & qui-  
dem posteriorum temporibus nunc consi-  
stamus, memorabile illud est, quod Cassio-  
dorus significat: ipsos etiam Gothorum re-  
ges, qui in Italia imperabant paulo ante Ju-  
stinianum, uoluisse, salary tardius persolu-  
ti professoribus, etiam usuras deberi. Neq;  
dubito, quin Constantino ea lex placuisset,  
ipsiq; etiam Iustiniano. Certè memoriae  
proditum est, eodem propè tempore Leo-  
nem Imp. cum Eulogio philosopho tesse-  
ram frumentariam dari iussisset, & qui-  
dam submurmurarent, eam militibus po-  
tius esse dandam, exclamasse: Utinam is

sit aliquando temporum meorum status,  
ut militum quoque stipendia in literarum  
magistros transferre possim. Sed cum  
de honorarijs professorum queritur, impri-  
mis occurrere debet, quod Ulpianus libro  
8. de omnibus tribunalibus scripsit: Et est  
in Pandectas relatum, ubi de extraordina-  
rijs cognitionibus agitur. Ait, Praesidem  
provinciae de mercedibus ius dicere solere,  
sed praceptoribus tantū studiorum libera-  
tium: Philosophis tamen non dicere. non  
quia non religiosa res sit philosophia: sed  
quod hoc primum profiteri eos oporteat,  
mercenariam se operam spernere. Proin-  
de ne Iuris quidem ciuilis professoribus  
ius dicere. Esse quidē rem sanctissimam  
ciuilem sapientiam: sed quae precio numar-  
io non sit aestimanda, nec de honestanda,  
dū in iudicio honor petitur, qui in ingressis  
sacramenti offerri debuit. Quædam enim,  
tame si honeste accipientur, in honeste ta-  
men peti. Hac Ulpianus.

Cate-

Cæterum ut nulla etiam petitione hic opus esset, nullaq; extraordinaria cognitio-  
ne, effecit hæc de qua nunc agimus, Conſta-  
tini constitutio. Magnum uero alioqui li-  
beralium studiorū priuilegium fuſſe, ma-  
gnumq; fauorem in illa, quam ultro Præ-  
tor ex ira ordinem fufcipiebat, cognitione,  
agnoscere interea debemus. Atque ut  
magis intelligamus, non professorum tan-  
tum, sed & auditorum & discipulorum  
habitam esse rationē: meminerimus, quod  
à Iurisconsultis responsum est: Cum filius-  
fa. Romæ degens studiorū causa uiaticum  
suum alteri credidisset, à Prætore illi dari  
extraordinariā & utilem actionem, ut id  
repetere ipse possit, & absente patre agere.  
Sed & in studiorū causam filiofam. recte  
mutuum dari posse, neq; tum Senatuscon-  
ſulto Macedoniano locum fore, placuit.  
Nam & Ulpianus eleganter ostendit, ad  
paternæ pietatis officium pertinere, filios  
non modo alere, ſed etiam in studijs alere.

I. cū filius-  
fa. Si cer-  
pet.  
I. filōgius.  
§. i. De Iu-  
dic.  
I. Julianus.  
§. quod di-  
citur.ad  
Sc. Maced.  
I. Macedo-  
niani. C.e-  
od.tit.  
I. quæ pa-  
ter filio. Fa-  
mil. ercisc.

I. cum plu- *Et tutor iubetur, mercedes pupilli præce-*  
 res s. tu- *ptoribus constituere. Quod & in causa pu-*  
 tor. De ad *pilla dicuntur. nam hanc quoque libera-*  
 mit. tut. *libus artibus instituendam esse, ait Iulia-*  
 I. qui filiū. *Vbi pupil- nus. Deniq<sup>b</sup> pupillo in honorū possessionem*  
 Vbi pupil. *missō, ex Carboniano edicto non solum ali-*  
 educ. deb. *menta præstanda esse, sed & necessarias*  
 I. de bonis. *ad studia impensas, Paulus ait. Quidre*  
 §. nō solū. *liqua commemorem, fauore studiorū, si-*  
 De Carb. *edict. gulari iure constituta? Prætor absentiam*  
 edict. *studiorum causa, propè ut eam quæ esset*  
 I. nec non. *Reipublicæ causa, iustissimam esse iudicat,*  
 Ex quibus *& singulari fauore prosequitur. Sed neq<sup>b</sup>,*  
 cau. maio. *ante annos uigintiquinq<sup>b</sup>, quenquam præ-*  
 I. 1. & 2. C. *textu publicorum munerum posse auoca-*  
 Qui ex ea. *ri à studijs & schola, rescriptum est. Que-*  
 uel prof. se *res facit, ut non omnino etiam insolens esse*  
 excu. *uideatur, quod in hac Constantini constitu-*  
 tione postremo loco notauimus, priuilegio  
 quodam & præscriptione fori defendi pro-  
 fessores, ne litis causa temere alio auocen-  
 tur atq<sup>b</sup> distrahabantur. Quale deinde pri-  
 uilegium

uilegium & studiosis ipsis discipulis coces-  
sum fuisse, Iustinianus significat. Scribit e-  
nim, Constantinopolitana in schola, Praefe-  
dum urbis fuisse iudicem adolescentum,  
qui luri ciuili in ea operam dabant. In Be-  
ritiē si uero ciuitate (quae Legum altera e-  
rat Academia) uel præside Phœniciae,  
uel episcopum, uel professores ipsos. Sed  
quia totam hanc rem apertius postea expli-  
quit Fridericus Aenobarbus Imperator,  
& suam constitutionem de scholasticorum  
privilegijs, cum Constantini & Iustiniani  
Legibus legi uoluit, & superiorum in hoc  
genere principum beneficia superauit: &  
nos ex eorum numero esse uideamus, qui-  
bus ille fuisse uidetur: & eius fauorem,  
omnibus nostri ordinis hominibus, alijsq;  
magis atque magis notum esse cupimus: ut  
uat, pro coronide, hac optimi principis Ger-  
manici nobilem constitutionem subjcere.  
Nam et si molesta uerboſitate laborare ui-  
deatur, neq; ullam habeat orationis illece-  
bram:

bram: tamen nimium non solum delicati  
atq; morosi, sed etiā ingrati essemus, si pro-  
pterea eam fastidiamus: nimium etiam i-  
niqui, si eorum, quibus scripta est, tempo-  
rum linguam non excusemus.

” Habita super hoc diligentí in-  
” quisitione episcoporū, abbatum,  
” ducum, & omniū iudicū, & a-  
” liorum procerum sacri nostri pa-  
” latij examinatione, omnibus qui  
” causa studiorum peregrinantur,  
” scholaribus, & maximè diuinariū  
” atque sacrarum legum professori-  
” bus, hoc nostræ pietatis benefi-  
” cium indulgemus, ut ad loca, in  
” quibus literarum exercentur stu-  
” dia, tam ipsi quam eorum nunciij  
” ueniant, & in eis securè habitent.  
” Dignum namq; existimamus, ut  
” cum omnes bona faciētes nostrā  
” laudem & protectionē omni mo-  
” do mereātur, quorum scientia to-  
” tus

tus illuminatur mundus, & ad o-  
bediendum Deo & nobis eius mi-  
nistris uita subiectorum informa-  
tur, quadam speciali dilectione e-  
os ab omni iniuria defendamus.  
Quis enim eorum nō misereatur,  
qui amore scientiae exules facti, de  
diuitibus pauperes, semetipſos e-  
xinaniant, uitam suā multis peri-  
culis exponunt, & à uilissimis ſae-  
pe hominibus (quod grauiter fe-  
rendum est) corporales iniurias  
ſine cauſa perferunt? Hac igitur  
generali & in perpetuum ualitura  
lege decernimus, ut nullus decæ-  
tero tam audax inueniatur, qui a  
liquam scholaribus iniuriā infer-  
re præſumat, nec ob alterius cu-  
iſcunq; prouinciæ delictum ſiue  
debitum (quod aliquando ex per-  
uersa consuetudine factum audi-  
uimus) aliquod damnum eis infe-

rat:

» rat; ſcituris huiusmodi ſacræ con'  
» ſtitutionis temeratorib. & etiam  
» iplis locorum rectoribus, qui hoc  
» uindicare neglexerint, restitutio-  
» nem rerum ablatarum ab omnib.  
» exigendam in quadruplum: nota'  
» que infamiæ eis ipſo iure irrogan-  
» da, dignitate ſua ſe carituros in  
» perpetuum. Veruntamen ſi litem  
» eis quispiam ſuper aliquo nego-  
» tio mouere uoluerit, huius rei op'-  
» tione data ſcholaribus, eos coram  
» domino uel magiſtro ſuo, uel ip'  
» ſius ciuitatis epifcopo, quibus haç  
» iurifdictionem deditimus, conue-  
» niat. Qui uero ad alium iudicem  
» eos trahere tetauerit, etiam ſi cau-  
» fa iuſtissima fuerit, à tali conami-  
» ne cadat. Hanc autem legem inter  
» Imperiales Cōſtitutiones, ſcilicet  
» ſub titulo, Ne filius pro patre, &c.  
» inſeri iuſſimus. Datū apud Ron-  
» calias,

Comment. Lib. II. 205  
alias, anno Domini M C L V I I .  
mense Nouembris.

Fridericus, qui Aenobarbus dictus est,  
Germaniae Imperator fortissimus, prin-  
cepsq; prudentissimus, cum totam subegis-  
set Insubriam, ut Remp. constitueret, Iuri-  
dicos Italie conuentus indixit ad Ronca-  
lias, ciuitatem supra Padum : ibiq; paulo  
post, anno sui Imperij sexto, edidit hanc de  
scholis, earumq; priuilegijs legē : quam &  
in ipsum Constitutionū codicem inseri ius-  
sit, ut maior illius esset auctoritas, magis-  
que perpetua memoria. Nam & sine his  
scholis, Rempub. quam constituebat, diu-  
turnam esse non posse uidebat, & scholas  
sine præsidio singulari diu consistere non  
posse intelligebat. Meminerat, Lotha-  
rium Imp. paulo ante iussisse, libros Iuris  
civili in lucem reuocatos publicè prælegi.  
Audiebat, Carolum magnum debellatis  
Langobardis, & Papiæ scholam institui-  
se, & Bononiae academiam instaurasse.  
Sed

Sed Principum adhuc fauore & defensio-  
ne hæc gymnasia opus habere uidit: & illa  
ea magis atq; magis tueretur, ad se in pri-  
mis pertinere iudicauit. Laudatur A-  
lexander Seuerus Imp. quod non sua mo-  
do purpura protexit, sed & obiecto suo cor-  
pore aliquando defendit Ulpianum, aduer-  
sus uim & furorem militum irruentium.  
An non multo maiori dignus laude est no-  
ster Fridericus, qui scholasticos studiosorū  
cœtus multo meliori præsidio texit, & illa  
in primis diuinarum humanarumq; re-  
rum studia optima, quantū potuit, fouit?

Sunt autem huiuscē constitutionis p̄a-  
cipua capita duo. Primum illud & sum-  
mum eſe interpretamur, ne qua pro alio  
oppigneratione, ac ueluti manus injectione  
scholastici tenerentur, aut uexarentur.  
Ut quod postea in hoc genere suis clericis  
tribuit Gregorius x, multo meliori iure  
Fridericum intelligamus studiosis schola-  
sticis tribuisse: ut certe in his erat maior,  
meliorq;

meliorq; quam in illis, spes & portio Eccle-  
siae. Sustulerat quidem olim Iustinianus in  
uniuersum tales (ut appellat) e<sup>v</sup>e<sup>r</sup> Xypio-  
nibus, uel (ut ueteres appellant) ad alio  
l*h*u*f*ic*es*. Sed cum barbara deinde tempo-  
rain usum reuocassent talem barbariem,  
nouo fuit opus pruilegio, ut saltem schola-  
stici hoc uinculo uinciri, & a studiis abduci  
non possent. Huc autem propriè perti-  
nere hanc constitutionem, ipse etiam indi-  
cat titulus, ad quem eam referri disertè  
praecepit Fridericus. Eius enim tituli argu-  
mentum est, ne aliis pro alio conueniatur.

Alterum huius legis caput est, & be-  
neficium, ne litium occasione distrahan-  
tur studiosorum conuentus, aut scholasti-  
ci inquis iudicij uexentur. Hos itaque, si  
qualis sit, posse sibi iudicem diligere, uel do-  
ctorum suum, uel episcopum. Hic enim rur  
sus ijs tribuitur, quod clericis tribui solet.  
Et quos tandem uel Episcopus uel Eccle-  
sia magis clericorum loco habere debet,

quam

quam adolescentes bona spei, studiosos religionis atq; literarum? Milites, ne à suis signis auocentur, si litigandum sit, ducem

I. mag. C. de Iurisd. L. ult. C. de remil. suum habent iudicem. Placuit, deteriori uel loco uel conditione scholasticos esse non debere. Longior in hac causa fortasse fui, quam eſſet necesse, quamq; prius ipſe proposueram: sed amor & reuerentia bonorum studiorum longiorem me fecit: & boni uiri facile in hac causa homini in scho lis educato ignoscens.

Ut eos qui ingenia excolerent, mirifice complexus Constantinus est: sic & bonos agricolas, qui Reipub. ualde necessarij sunt & utiles, adiuuare, remq; rusticam tueri, ut debuit, etiam uoluit, neq; superstitione aliqua ab hoc fauore abducis se passus

1.3. C. de ferijs. est. Extat eius constitutio in haec uerba: Omnes iudices, urbanosq; plebes, & cunctarum artium officia, uenerabili die solis quiescāt. Ruris tamen positi, agrorum culturæ liberè

berè licēterqz inseruiāt: quoniam  
 frequenter euenit, ut non alio die  
 aptius frumenta fulcis, & uineæ  
 scrobibus commendentur: & ne  
 occasione momenti pereat com-  
 moditas, cœlesti prouisione con-  
 cessa.

“

*Superstitiosam dierū obseruationem,*  
*que uel aliqua religione conscientias ho-*  
*minum obstringere uellet, uel tanquam*  
*Dei cultus, omnino necessaria eſſe fingere-*  
*tur, & eius pars quædam omnino habere-*  
*tur, uel denique ad ueteris Iudaismi mo-*  
*rem exigeretur, religionis uerae ratio non*  
*admitit. Sed politiæ & ordinis ciuilis gra-*  
*tia, aliquod in ipsa etiam Ecclesia dierum*  
*discrimen, quod populus obseruet, eſſe opor-*  
*ter. Illud uero ipsum sic indixit Constanti-*  
*nus, ut neqz, ad superstitionem aliquam de-*  
*flecteret, neqz, noceret Reip. Leges de fe-*  
*rijs olim periunisse ad ius Pontificium, Ci-*  
*cero scribit in libris de Legibus. Sed profa-*

o

no

no illo iure sublato, ad suam eas curā Constantinus, ut politiam Ecclesiasticam, saperenter reuocauit. Quid primum hic statuerit, Sozomenus scriptor historiæ Ecclesiasticae his uerbis exponit: τὴν λειτουργίαν πάσην θεμένην ἡμέραν, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδομήντης, Δικαιοσημίων καὶ τῶν ἄλλων πραγμάτων σχολὴν ἀγείρει πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπονεῖν. Quod de die sexto, quem Veneri ascribere solemus, scribit, additicium uidetur. Nam neq<sup>u</sup><sub>3</sub> ullae eius in Constantini lege mentio est: neq<sup>u</sup><sub>3</sub> terminè cumulādæ feriæ sunt. Diei dominici (ut nunc quoq<sup>u</sup><sub>3</sub> uocatur) meminit ipsa quoque Ioannis Apocalypsis: ut antiquissimā esse obseruationem meminerimus. Quibus autem studijs Constantinum aie Sozomenus uoluisse eum diem, quo alioqui ab alijs negotijs ocium & quies est, occupari, libenter equidem audio & accipio. Sed operatamen rustica, in quib. uel mora uel procras-

procrastinatio magnū haberet periculum,  
prudenter excipi, Reip. intererat: & salua  
religione fieri potuit. Certè ne ipsis quidem  
olim ethnicis, si qui in media illa supersticio  
ne paulo cordatores fuerunt, hæc pruden-  
tia defuit. Narrant Scæuolam consuliū,  
quid ferijs agere liceret? respondisse: Quod  
prætermisso noceret. Quid? quod C H R I-  
STI & V S disertis uerbis in hoc genere docue-  
rat, homines etiam profani secuti sunt.

Extat enim hæc quoq; apud Macrobius  
sententia: Si bos in specum incidisset, eumq;  
paterfa. adhibitis operis liberaasset, nō est ui-  
sus ferias polluisse. Athenienses quidem a-  
liquando maiori superstitione coluerunt  
sua illa Phinteria, quam sua unquam In-  
dæi Sabbathæ. Nam ijs diebus, non modo,  
uel si summa urgeret necessitas, quicquam  
facere nefas esse putabant, sed templum e-  
tiam cludebāt. O semper ineptas, nimis-  
que ociosas stultorum ferias. Sed grauiores  
fuerunt Romani, quam ut tam ualde uel

Xenoph.  
lib. I. iulio.

insanirent, uel ineptirent. Ergo & ab eo-  
rum poetis audire Constantinus potuit:  
Quippe etiā festis quædā exercere diebus  
Fas & iura finunt, riuos deducere, nulla  
Religio uetuit: segeti prætendere sepem,  
Insidias auibus moliri, incendere uepres,  
Balantumque gregē fluuiο mersare salubri.

Columela libro 2. de Rerust. cap. 22.  
laudat hæc Virgili carmina: idemque uete-  
res Pontificum Romanorū leges hac de re  
commemorat, & cum Virgili uersibus  
confert atque committit.

1. penult.      Sed & Traianum rescripsisse ait Ul-  
de serijs. pianus, ea quæ ad disciplinam militarem  
pertinerent, etiam feriatis diebus peragen-  
da eſſe. Id ipsum itaque Constantinus statuit  
de ijs quæ ad rem rusticā pertineret. Diffi-  
cile est autem hic homines ita continere,  
ut modū seruent, neque aut fanatici sint,  
aut profani. Sane Leo, qui post Iustinianū  
imperauit, lege lata iussit, χολάξειν λα-  
τὰ τὴν μυριακὴν νοῦ τὸς γεωργὸς.  
Scio,

Scio quæ fuerit Græculorum, eo præsertim tempore, & uanitas & superstitione. Potuit tamen iusta esse causa, cur Leoni aliud placuerit quam Constantino. Neq<sup>b</sup> tamen agricolas esse profanos uoluit Constantinus, aut à sacris alienos, aut uero sic suis semper operibus tanquam glebae addictos, ut nihil haberent ocy ad cultū Dei & cum ram religionis: sed ubi iusta eos causa euocaret, & necessitas premeret, noluit superstitione retardari. Ipse etiam Moses, cum solennes iuos dies festos institueret, agriculturæ & operum rusticorum rationem habuisse uidetur: ut quum nihil esset quod in agris ageretur, eo maxime tempore ferias religiosas indexerit: & tamen eum etiam modum seruauit, ut præter Sabbathum, toto anno non nisi septem dies feriatos esse iusserit. Sane ut magis atq<sup>b</sup> magis opera illa rustica, ne interturbaretur, adiuuaret Constantinus, alteram quoq<sup>b</sup> legem edidit, his I.I. C.de a- uerbis: Nunquā fationibus uel col- grec. & cens.

„ ligendis frugibus insistentes agri,  
 „ colæ, ad extraordinaria onera tra-  
 „ hantur; cum prouidētię sit, oppor-  
 „ tuno tempore his necessitatibus  
 „ satisfacere.

1.1. De Scribit Ulpianus, Marcum Imp. ora-  
 ferijs. tione olim sua expressisse, ne quis messium  
 uindemiarumqz, tempore aduersarium co-  
 gat in iudicium uenire: quia occupati cir-  
 carem rusticam, in forū compellendi non  
 sint. Rationem hanc magis explicat Calli-  
 nund. stratus: Destituetur (inquit) annonae pra-  
 bitio, si auocentur ab opere rustici. Omit-  
 to illud Ciceronis in Verrem: Nisi serum at-  
 que iniquum esse, ex agro homines tradu-  
 ci in forū, ab aratro ad subsellia, ab usure-  
 rum rusticarum ad insolitam litem atqz iu-  
 dicium. Illud dico, iustas saltē fuisse mes-  
 sum uindemiarumqz, tempore ferias, ut in-  
 terea forū à iudicis frigeret, cum ferueret  
 opus in agris. Hasce res prolatas (sic enim à  
 Romanis appellabantur) in omni Repub-  
 neces-

necessarias esse, nemo non uidet. Ac eo tam  
en tempore ius dici posse de rebus, quæ  
tempore peritutæ sunt, aut si dies actionis  
exiturus est: aut si causa sit, cuius fauor om  
nem moram rejicit, ueluti ut tutores den-  
tur, ut alimenta constituantur, iuriscon-  
sulti prudenter tradiderunt. Ut uero ad  
onera extraordinaria distrahanter agrico-  
læ, quo maxime tempore rei rusticæ incū-  
bere debent, uix illa satis iusta causa esse  
posse uidetur. Id enim si temerè fiat, nō mo-  
do (quod ait Poeta) abductis squalebunt  
arua colonis: sed & ciuitates contabescunt,  
& Republica propter annonæ inopiam  
in summum discrimen ueniet.

Cæterum quia agricultorū frustra e-  
runt, & erunt ociosi, nisi si suo instrumen-  
to utantur: Constantinus tertiam quandam  
in hanc quoq; rem tulit legem singularem,  
quam cū Sirmij in Pannonia esset, ad om-  
nes prouinciales scriptā edidit his uerbis:  
Executores, à quocunq; iudice da

<sup>1. execute-</sup>  
res. C. quæ

res pign. da  
 ri poss. ti ad exigenda debita, quæ ciuili-  
 ter poscuntur, seruos aratores, aut  
 " boues aratorios, aut instrumen-  
 " tum aratorium, pignoris causa, de  
 possessionibus non abstrahat: ex  
 quo tributorum illatio retarda-  
 tur. Si quis igitur intercessor, aut  
 creditor, uel præfectus pagi, uel  
 uici, uel decurio, in hac re fuerit  
 detectus: æstimando à iudice sup-  
 plicio subiugetur.

*Hec constitutio proponitur etiam lib.*  
**ii. Codicis Theodos. non ipsisdem omnino qui**  
 dem uerbis, sed eadem propè sententia: *¶*  
 paulo etiā liberaliori, cum ne tributorum  
 quidem nomine capi uelit instrumentarū  
 stica. Sicuti *& Constantini exemplum se-*  
*cuti. Honorius & Theodosius i i rescripsē-*

l. pignorū. runt in uniuersum, pignorum gratia ali-  
 C. quæ res quid, quod ad culturam agri pertinet, au-  
 pign. obli. poss. ferri non debere. Scribūt autē ad Probum  
 Comitem sacrarum largitionum, ad quem  
 perti-

pertinebat procuratio fiscalis pecuniae, quæ liberalitati principum subseruiret. Ut tanto magis intelligamus, hoc quoq; rescriptū èo pertinuisse, ut ne eius quidem pecuniae nomine instrumenta rustica tenerentur. Sane Quintilianus ipse lib. 8. cap. 9. significat legem aliquam Romæ fuisse, quæ uetabat aratrum pignori accipere. Sed & Mosaica lex olim uetabat, molarum, sine quibus annona præberi non potest, saxum superius, atque inferius. Moses hasce duas molarum partes appellat Racham & Rabeb. Nostri Iurisconsulti, Catillum & Mettam. Sed non minus necessaria sunt ad usum hominum, & tuendam humani uidelicet rationē, quæ ad agros colendos necessaria sunt. Quid multis? Annis post Constantium propè nongetis, Imp. Fridericus constitutionem edidit, quæ testis esset omnibus temporibus, bonis principibus ualde rem hanc curare esse. Illius uerba si quis requirat, ascribere hoc loco non grauabor, cum &

*ad Constantini legem proximè accedant,  
et edictum Reip. salutare, et sàpe etiam  
repetendum contineant, et uero propte-  
rea etiam in Codice Iustiniani inserta sint.*

» Agricultores circa rem rusticā  
» occupati, dum uillis insidēt, dum  
» agros colunt, securi sint in qua cū  
» que parte terrarum: ita ut nullus  
» inueniatur tam audax, ut perso-  
» nas, boues, & agrorū instrumen-  
» ta, aut si quid aliud sit, quod ad a-  
» grorum operam rusticam pertī-  
» neat, inuidere, aut capere, aut uiō  
» lenter auferre præsumat. Si quis  
» autem huiusmodi statutum ausu-  
» temerario uiolare præsumpscerit:  
» in quadruplum ablata restituat,  
» infamiae notā ipso iure incurrat,  
» Imperiali animaduersione nihilo'  
» minus puniendus.

*Diodorus Siculus libro secundo sua  
Bibliothecæ, laudat quidem Græcos ant-*  
*quos*

quos legumlatores, qui, ne instrumentariis  
sticā pignori caperentur, etiam prohibu-  
erunt: sed eosdem ualde reprehendit, quod  
interea permetterent rusticos ipsos & a-  
gricolas capi, atque in carcerem abduci.  
Constantinus uero cum eorum etiam ra-  
stris caueret, corporibus certe multo ma-  
gis causē intelligēdus est. Dixit aliquā  
do Cicero, nihil tam regale uideri, quam  
studium agri colendi. Sed multo tamen (ut  
ita loquar) regalius esse sensit Constanti-  
nus, studium agri colendi bonis sanctisq; le-  
gibus tueri atq; adiuuare. Itaque & ne ali-  
quando agrorum cultura desereretur, sta-  
tuit ascriptos colonos à prædijs distrahi, et  
si id domini uelint, non poſe. Nam & hi  
coloni, fundorum magis, quibus adſcribe-  
bantur, serui erant, quam ipsorum domi-  
norū. Nam et si ab his manumitteretur,  
tamen glebae addicli manebant, cetera li-  
cet liberi: cumq; filijs agros adhuc eosdem  
colere tenebantur. Uisa enim est ueteris  
bus

220 De Legib. Const. M.

bus utilis in repub. conditio talium agricolarum, quæ rem rusticam bene tueretur. Neq; tamē hos prædijs magis alligauit Constantinus, quam eſe allligandos prudens antiquitas iudicauit. In Pandectis extant ueterū prudentū responsa: Inutile eſe legatū, si quis inquilinos (inquilinos uocant colonos ascripticos) sine prædijs, quib. adhærent, legauerit. Quid Constantinus? Ne ipsos quidem dominos, cum prædia alienant, posse sibi colonos illos retinere, statuit.

I. si quis prædiū  
C. de agri. uendere uoluerit, uel donare: reti  
& censi. nere sibi transferendos ad alia lo-  
,, ca colonos priuata pactione non  
,, possit. Qui enim colonos utiles  
,, credunt, aut cum prædijs eos te-  
,, nere debent, aut profuturos alijs  
,, derelinquere, si ipſi prædiū si-  
,, bi prodeſſe desperent.

I. possessio-  
num. C. cō  
mu. utrius-  
que iud. Fuit autem illud magnæ interea hu-  
manitatis, quod alia lege statuit, cum in-  
ter

ter cohæredes uel socios bona diuiduntur, ne diuidatur a scriptiorum agnatio, aut affinitas: sed apud unum tota & integra maneat. Cum agnationem separari uerat, intelligit & filios sequi patrem a scripticiū. Affinitatis uero nomine, coiuges ipsos non diuelli significat.

Priusquam Constantini leges de re rustica missas faciam, adiicēda una est, quæ quidem in Iustiniani Codice non est, sed extat apud Iulium Frontinum de limitib. agrorum in hac uerba:

IMP. CONSTANTINVS AD  
uniuersos prouinciales.

Si finalis cōtrouersia fuerit, tūc demum arbiter non negetur, cūm intra quinque pedes locū, de quo agitur apud pr̄esidem, esse constiterit: cūm de maiore spacio causa quædam non finalis, sed proprietatis, apud ipsum pr̄esidem debet terminari. Et si socius quid per-

„ tat a' socio , antē præses iudicet an  
 „ præstari aliquid oporteat : & tunc  
 „ demum illud per arbitros restitua  
 „ tur , quod constiterit esse soluen-  
 „ dum . Dat . K . August . Bassus & A.  
 „ bladio Coss .

Constantinus hac constitutione non  
 tam ius aliquod nouum edere , quam uete-  
 rem XII Tabularum Maniliamq; legem ,  
 siue , ut alijs legunt , Mamiliam , confirmar-  
 re uidetur . Cicero lib . 1 . de legib . ait : In con-  
 trouersia de finibus , usucaptionem XII Ta-  
 bulas intra quinq; pedes esse noluisse . Vi-  
 debant huius legis autores decemviri , rei  
 rusticæ & agriculturæ causam postulare ,  
 ut inter agros confines , uacuum aliquod li-  
 berumq; spaciū esset , quo uterq; uicinus  
 non solum ire agere , sed & aratrum circu-  
 uertere commode posset . Itaq; iussere quin  
 que pedes medios ita relinquī communē  
 utriq; uicino , atq; ita ueluti publicos , ut ne  
 usucapi quidē ab aliquo priuatum possent .  
 Secuta

Secuta est lex Manilia, siue Camilia, cuius eodem etiam loco Cicero meminit, ut arbiter fines ita regeret: nepe ut de his quinque pedum finibus controuersia non tam iudicis cognitionem, quam agri mensuris artem & operam requireret. Magis enim facti, quam iuris quæstio in ea uersabatur.

Si de maiori spacio lis erat, iam certe proprietatis controuersia esse de loco, non de fine dicebatur, & ad iudicis cognitionem pertinere. Aggenus Vibicus Frontini uetus interpres, multo id etiam magis explicat.

Sed res longiorem interpretationem non requirit. Constantini autem lex eo tantum perinet, ut ius hoc uetus obseruetur.

Sed uidendum est, ne Theodosius, qui secutus est, aliud statuerit. Sed quoniam ad Theodosium magis id pertinet, quam ad Constantimum, & de Theodosio (quem alterum Constantimum fuisse dicere soleo) dicere etiam aliquando copiosius institui, & me Constantini leges aliae constrictum teneant,

nent, intra harum nunc metas meam orationem continebo. Cæterum quæ ratio annonæ fecit, ut agricolis ualde faueret. Constantinus: fecit eadem, ut nautarū qui importando commeatui seruiret, bene consultum esse uellet. Itaq; edita lege edixit, nullam uim oportere naucleros, eos præsttim qui annonarias species transferrent sublinere, nullas aut concusſiones perpeti aut molestias, sed uenientes ac remeantes omni securitate potiri: statuitq; dece librarum auri multam proponendam esse his, qui  
 L. C. de na  
vicul. eos (ut loquitur) inquietare tetauerint.

Sanè ut res rustica ualde in Repub. necessaria est, & propterea à Constantino aduersus omnem uim defensa: sic & res nautica non minus digna fuit quam tueretur, ab eaq; omnem iniuriam arceret, præsttim cū alioqui multis exposita sit piratis. Ac quidem lex Rhodia diligenter, quicquid in hoc genere desiderari uidebatur, complexa erat: ad eamq; solebant Romani principes

principes rei cōcere causas nauales. Sed aliquando etiam suam ipsi curam interponerant. Nam & Arcadius & Honorius edixere, ut qui in naucleros prædas egisset, l.3.C.de nauicul. pœna quadrupli tenerentur. Illud quoque nauiculariorū collegio tribuit, quod cohortibus militum singulari iure tribuerat, ut si quis sine legitimo hærede nauicularius decederet, hæreditas non ad fiscum, sed ad consortes deferretur: sicuti & cum unus ex his, quibus communiter à Principe donatum aliquid erat, moreretur sine hærede, socio eius partē accrescere potius, quam ad fiscū redire uoluit. Adeò priuatorū singulorumq; hominum maiorem plurimq; habuit, quam sui fisci, rationem.

Sed (ut ad rem nauticā reuertar) cū multis in rebus saepe id ostendit, tum uero maximè, cum de naufragijs ageretur. Hæc lib.ii. Cod. enim eius lex est: Si quando naufragio nauis expulsa fuerit ad littus, tit.5. uel si quando aliquam terram atti

p gerit:

„ gerit: ad dominos pertineat , si  
 „ scus meus sese non interponat.  
 „ Quod enim ius habet fiscus in a-  
 „ liena calamitate , ut de re tam lu-  
 „ ctuosa compendium sectetur?

Nongentis post annis non dissimilem in  
 Germania constitutionem edidit Imp. Fri-  
 dericus II. ut bonis semper principibus cu-  
 ræ fuit, Constantiū imitari, eiusq; leges,  
 si quæ obsoleuissent, renouare. Certè tam so-  
 licite fuere Romanæ leges, periculis ut nau-  
 fragiorum occurreretur, ut etiā mensibate  
 hybernis, quibus periculosa est nauigatio,  
 maria claudi uoluerint. Sed & si tempestate  
 facta iactura sit, infelicibus dominis succur-  
 runt, si quo forte casu in littus eiecta res e-  
 orum sint. Ac Ulpianus quidem fatetur,  
 l.falsus. §. si  
 iactum. de  
 furt. si iactus ex naui factus sit animo derelin-  
 quendi eum qui inuenit & abstulit, non  
 modo furtinon teneri, sed etiam suum fa-  
 cere. animum autem illum derelinquendi  
 non temere præsumi, sed non nisi aliquan-  
 do,

do, ut cum res ita in medium mare abiecta  
sunt, ut dominus planè desperaret enatare  
eas posse, & cum perituras omnino crede-  
ret, pro derelicto habuisse intelligitur. Sed  
nisi si hic animus iacentis fuerit, furti aliū  
teneri, qui eas res in litora inuentas abstu-  
lerit, nec domino reddere uelit. Post Ul-  
piani etatē in eas uidentur fisci procurato-  
res, manus suas tanquam uncos auare inij-  
cere, atq; ita finire litem inter dominū &  
inuentorem uoluisse. Sed hanc iniuriā  
propè piraticam esse, sensit Constantinus,  
& infelici domino, cui mare pepercera, <sup>l.</sup>  
nausfragij sui tabulas colligenti, humanius  
opitulatus est: neq; temere, opinor, obijci il-  
li uoluisset, præter eius spem inuentas eas  
esse: & cū iacturam faceret, animum dere-  
linquendi habuisse. Certe cur in re dubia  
potius contra fisum pro domino respondeat  
tur, magna causa est: neq; qui hoc faciet, de  
linquere iudicandus est.

I. nō puto:  
de iure  
fisci.

Ex his quæ hactenus dixi, intelligi fa-

p 2 cīlē

cile potest, quam nihil eorum prætermis-  
erit Constantinus, quæ in Repub. necessaria  
esse, instaq; cognoscebat. Sed multo id etiā  
magis ex his intelligemus, quæ sequentur,  
et quæ nos, quam possumus optimo ordi-  
ne, subiungemus.

Ut necessaria est ad hominum educa-  
tionem agricultura, sic & ad eorum pro-  
creationem coniugium. De quo tanto ma-  
gis fuit Constantino necesse aliquid statue-  
re, quod Licinium uideret hoc agere, ut  
sublatis legibus Rom. nouas de nuptijs, &  
barbaras atq; adeò incestas leges (si leges di-  
cenda sunt) inueheret. Ergo incestam  
huius tyranni barbariem repressit Constan-

tinus, confirmata (ut Eusebius testis est)  
Eccles. ueteris iuris Civilis, quod de nuptiarū ra-  
tione honesta præcepta continebat, auctori-  
tate. Certe Heliopolitanis, apud quos mo-  
ris erat, non modo uxores, ut essent com-  
Socrat. li. i. munes, sed & peregrinis puellas prostitui,  
cum religionem traderet, tradidit etiam  
ius

ius & legem honesti coniugij, & turpes il-  
las uagasq; libidines repressit. Sed quām  
hac tota in re nihil prætermiserit, quod à  
Christiano castoq; principe requiri posset,  
disertis uerbis à Sozomeno proditum est. Lib. I.

Sic enim de Constantino loquitur: φαίνε-  
ται τὰς ἀπολάσσεις καὶ λαταβεβλακειν  
κέντρα μίξεις πρὸ τοῦ τοῦ μὴ πωλυομέ-  
νας, ἐπανορθώσας, ὡς ἐξ αὐτῶν ἐσιπι-  
δεῖη τῷ περὶ Πότωμανειμένῳ νόμῳ.

Quae fuerint hæ à Constantino latæ leges  
de nuptijs, equidē certo dicere nō possum:  
sed Romanis atq; Mosaicis fuisse persimi-  
les (uix enim honestiores ferri possent) fa-  
cile mihi persuadeo. Sed in Oriente usus e-  
arum & autoritas, nisi uindex Constanti-  
nus ad fuisse, retineri uix poterat. Et ue-  
ro si quid in hoc genere Romani prætermi-  
serant, quod honeste Moses statuisset, non  
erat negligendum. Certè lib. IIII Cod. Theo-  
dos. extat filiorum Constantini constitutio,  
qua uerat nuptias contrahi, & iustas esse

non posse statuit, inter leuirum & fratriam,  
interq; sororium atq; glotem. Id posterio-  
L. penult. & res quoq; Cæsares edixere. Nulla tamen  
ult. C. de ante Constantini tempora, Romæ lex, ta-  
inc. nupt. lem affinitatē nuptys impedimento eſſe di-  
xerat. Sed cum legibus Mosaicis cautum  
iam olim ſatis id eſſet, non putarunt Chri-  
ſiani principes eſſe prætermittendum.

Illud nescio an excusari facile poffit,  
niſi ſi temporū moribus imputetur, quod  
aduersus concubinas, earumq; uſum, par-  
ſeuerus fuiffe uideatur Constantinus. At  
dierat quidem ministrorum Ecclesie aedi-  
bus abactas atq; expulfas Nicæno decreto  
eſſe ſuueriorum, & harum consuetudi-  
ne illis plane eſſe interdictum. Sed in alio  
hominum genere concubinas ita maritis  
eripit, ut cœlibib. relinquere uideatur. E-  
ius constitutio hæc eſt: Nemini licenti-  
am concedimus, conſante matri-  
monio, habere concubinam.

Qui concubinam nihil aliud fuiffe  
putant,

L. una. C. de  
concub.

putant, quām domesticum scortum atque  
meretricem, mirantur à Constantino per-  
mitti, & cœlibitatem solum permitti. Si  
dicam, difficile eo tempore fuisse, in Orien-  
te præsertim, dissolutos hominum mores  
& uagas libidines reuocare ad seueram a-  
liquam continentiam: magnūq; quipiam  
fuisse, uiris coniugatis pellices eripiisse:  
di-  
cerem, quod uerum est. Sed si concubinas  
tanquam uxores fuisse dixero, de Constan-  
tini lege minus īā aliquis mirabitur. Quid  
de concubinis senserint ueteres Romani, o-  
stendunt iurisconsulorum respoſa in Pan-  
dectis. Sed ualde profecto accessisse ad uxo-  
rum speciem uidentur, et si non eo ritu du-  
cerentur, nec eodem planè loco & honoris  
honesto gradu haberentur. Ac si quidem  
de omnibus concubinis cōstitutum fuisset,  
quod de liberta sui patroni concubina: ad  
honesti alicuius coniugij rationem proprius  
eriam concubinatus accessisset. Illa enim  
non amittebat propterea nomen honestæ

I. si uxor. matronæ. Imò uero nec à patrono discede-  
ad leg. Iul. de adult. impunè poterat: nec se, eo relicto, alijs in con-  
cubinatum dare: & si alius cū eam ha-  
bebant, stuprum committere dicebatur.

Cap. 16. de his quæ ut in dig. Hæc certè uxorum conditioni ualde simi-  
lia sunt. Et uero quæ iure Mosaico per-  
mittebantur etiam concubinæ, reuera co-  
ram Deo uxores erāt, tametsi in foro ciui-  
linon eodem loco haberentur. In Rep. tu-  
men Romana, Constantini præsertim & Iu-  
stiniani temporibus, concubinæ magis re-  
pressæ sunt. Nam & Iustinianus duas si-  
mul habere cōcubinas uix permittit, quia  
duas simul habere uxores non liceat: &  
hic Constantinus cum uxore concubinam  
non ferat. Non adhibebantur in concubi-  
natu ea solennia, quæ in nuptijs: nō daba-  
tur dos: nullæ denique tabulae coniugales  
scribebantur. Sed ne ea quidem omnino ne-  
cessaria in nuptijs sunt. Quod est præcipiu-  
um, thori nempe, sive thalami societas, si  
sanctè coleretur, erat etiam in concubina-

tu. Ille apud Plautum in Trinummo adole-  
scens Lesbonicus suam sororē, alteri etiam  
indotata uolenti, atq; petenti, uxorem sine  
dote dare non uult: & hanc rationem ad-  
fert, ne in concubinatum magis quam in  
matrimoniuū dedisse uideatur. Non erat  
quidē dos omnino necessaria, ut matrimo-  
nium eſſet: sed erat saltem aliquod matri-  
monij non ſolum ſubſidium, ſed & orna-  
mentum quoddam, & uinculum. Si tamē  
hoc unum deerat, poterat & ex concubi-  
natu factum matrimonium intelligi: ut fi-  
ne dote, fine tabulis, fine ſolennibus illis  
eſſe coniugium poteſt. Sanè Hieronymus  
in quadam epiftola ad Oceanum, nescio  
quid obſcurè attingit, de concubinis factis  
uxoribus. Sed illud aperte dicendum,  
et ſileges Romana fateantur magnum in-  
ter uxores & concubinas eſſe diſcri-  
men: tamen perpetuam aliquam notam, qua  
hæ ab illis diſcerni & dignosci poſſint, nul-  
lam prodūt. Et Papinianus ingeniū agno-  
scit,

scit, difficile esse hoc deprehendere, cum lo-  
quitur de donatione, quæ facta concubina  
ualet, uxori facta non ualet. Modestinus  
uerò, in tit. De ritu nupt. In liberæ (inquit)  
mulieris consuetudine, non concubina-  
tus, sed nuptie intelliguntur, si non corpo-  
re questum fecerit.

Neq; uero dissimulare uolo, Constan-  
tinum nimis fortasse acerbè, Senatorum,  
uel qui in aliqua dignitate essent, cum uili-  
oris uitæ & conditionis feminis coniunctio-  
nem exagitasse: & filiis, qui ex ea nasce-  
rentur, ualde infestum fuisse: Extat hac  
eius constitutio de naturalibus, quæ profecto  
legem Iuliā Papiam superat. Interea fuit  
& illud nimis dissolutæ indulgentia, quod  
Constantinus impunitū esse patiatur, om-  
missum cum ancilla caupone uel stuprū,  
uel adulterium: & ab ys mulieribus, quæ  
matris facta nomen non obtinent, pudicitia re-  
tionem nō requirat. Solent quidem, quod  
Constantinus ait, uulgaræ esse pudicitiae,  
qua

que in cauponis seruunt: imo uero Hebrei  
una eademq; uoce meretricem & campo-  
nariam mulierem nominant: quasi eiusde  
etiam generis sint. Sed uellem, fuissent pau-  
lo seueriores pudicitiae uindices, qui populo  
Christiano leges dabant. Ceterum hæc Ro-  
mani moris & receptæ consuetudinis ui-  
ta fuerunt, quæ sic inueterata erant, ut à  
Constantino aut tolli, aut corrigi non facile  
possent. Fatetur quidem Ulpianus, &  
in ea uxore posse maritum adulteriuū uin-  
dicare, quæ uulgaris fuerit. Sed uulgarem  
uocat uilioris uite, & iam prostitutæ pudi-  
citiae feminā: nondum tamē ea publicè in-  
famia notatam, ut etiam matrisfa. nomen  
amiserit. Nam hoc amissō, impunè Romæ  
scortabantur mulieres. Sicuti & Suetonius  
in Tiberio narrat, fæminas impudi-  
cas notam alicuius famosi iudicij ultro su-  
bisse, ut iure & dignitate matronali exol-  
uerentur, ad uitandas legum pœnas. Si  
hoc in genere seueriorem Constantini cen-  
suram

I. quæ adul-  
terium. C.  
ad leg. Iul.  
de adulter.

I. si uxor. §.  
sed & in ea,  
ad I. Iul. de  
adulter.

suram Roma ijs temporib. nō ferebat: multo in Oriente magis, ubi dissolutiores erant libidines, repudiata fuisset. Quid faceret? Publica lpanaria, & Romanorum & Græcorum ueteres leges tolerabant. At diuinæ non tolerant. Has profecto potius, quam illas, sequi pius castusq; princeps debebat: præsertim cum uideret, cuius intemperantia non modo exemplum, sed etiam licentiam Romæ dedisset libidinosus Maxentius. Sed ut Constantini hac in parte non excusem indulgentiam ( neq; enim quæ uitiosa sunt, excusari debent ) certe tā erant ea ad omnem impudicitia projecta tempora, ut statim ad meliorem frugem renocari, & casta disciplina arctius coereri non facile possent.

Audiebat Constantinus suum Lactantium concionantem, lpanaria non alium habere autorem quam Satana. Tantum abest ut à Christiano principe permittere posint. Sed non efficiebat, neq; fortasse poterat,

poterat, quæcunque uolebat. Quanquam lenonibus minime quiduis induxisse, testis esse potest quædam eius constitutio, quæ de ys extat lib. x v. Cod. Theodos. Sed & sa-  
 crilegos nuptiarum (sic enim adulteros ap-  
 pellat) gladio puniri iussit. Iussit eum tuto  
 rem, qui pupillam suam constuprat, quem  
 suppicio raptoris dignum esse fatetur, ut  
 est, saltem deportari, publicatis bonis. De-  
 nique raptores uirginum ac uiduarum a-  
 cerbisimè puniri iussit. Sed hæc ad ca-  
 pitalia iudicia pertinent. Ut autē nupti-  
 ales Constantini leges persequamur: ips pro-  
 hibita fuisse connubia uirorum aliqua digni-  
 tate præditorum, cum ancillis, aut mulierib.  
 uiloris & abiectæ conditionis, dubium non  
 est: & liberos ex ea cōiunctione natos refer-  
 ri inter nothos. Quæ lex posteritatē uarie  
 exagitauit. Ac primū quidem Marti-  
 anus Imp. sua interpretatione illā mollijt.  
 Sed nō multo post Iustin. plane abrogauit.  
 Libera enim coniugia esse debere, placuit.

Ut

I. quamuis.

§. ulti. C. ad

leg. Iul. de  
adult.

I. una. C. si

quis eā cu-  
ius tut. fu.

corrup.

I. 3. C. de in-

cest. nupt.

I. 1. C. de na-

tur. lib.

Ut autem ueteres quidam plus iusto  
difficiliores fuisse uidentur, & seueriores  
in quorundam connubijs, ne contraherentur,  
impediendis: sic etiam aliquando fuere  
indulgentiores in dissoluendis. Quām e-  
nīm multas, quamq;<sub>z</sub> faciles diuītiorum  
causas reliquerunt? Sed hæc, quæ nostris  
moribus recte sublata sunt, nunc pluribus  
uerbis persequi nihil attinet. Cui enim bo-  
no? Illud non prætermittam, quod duar-  
bus constitutionibus edixit, de sponsalitijs  
donationibus, & donationibus propter nub-  
ptias, confundens quod ueteres inter eas  
obseruabant discriminem. Quæ simpliciter  
sponsus sponsæ donabat, nullam intellige-  
bantur conditionem cōtinere, quæ nuptijs  
non securis, locum repetitioni faceret. Imo  
uero illa ipsa in dote dari poterant. Quod  
uero non sola affectione secreta, & spe qua-  
dam nuptiarum donatum esset, sed ea om-  
nia causa & conditione, ueteres quoq;<sub>z</sub> fa-  
tebantur condici posse nuptijs non securis.  
Con-

I. multū in-  
terest. C.  
de donat.  
ante nupt.  
.quod per  
residi. C. il-

lo tit.

Constantinus, an hanc distinctionem, eiusq;<sup>b</sup> I. cum uere  
rationem satis animaduerterit, nescio: cæ- rum. C. de  
terium edita lege damnauit quorundam donat. ante  
ueterum sententiam, qui donationes inter  
sponsum & sponsam, uoluerūt nuptijs quo  
que non secutis ratas esse. Ipse uero contrā  
statuit, ut potius intelligantur factæ ob cau-  
sam futuri matrimonij: ut is per quem ste-  
terit, quo minus nuptiae secutæ sint, uel  
quod accepit, restituat: uel quod dedit, a-  
mittat. Vetus illa Romana lex est, ne  
quod ob rem causam ue honestā datur: ea  
non secuta, condici poscit, & repeti. Neque  
semper necesse est, causam illam uerbis ex  
pressam esse. Satis est, si ex ijs quæ agun-  
tur, & negotijs ipsius circumstantijs subesse I.I. si fi  
intelligatur. Si is solus, qui dabat, in cau- lius. De  
sam illam secreta sua cogitatione intueba- cond. cau.  
tur: neq;<sup>b</sup> alioqui is qui accepit, de ea quic- dal. in sum  
quam cogitat: pura profecto haberetur & ma. si. sed  
liberalis donatio, neq;<sup>b</sup> propter causam non & agere.  
secutam esset conditioni locus. Sed cum De cond.  
sponsa cau. da.

I. pen. C. de sponsæ suæ donat sponsus, uel ediuerso spōso  
 cond. ob cau. dat. spōsa: Constantinus propter nuptias magis  
 donari iudicat, & futurarū nuptiarū causa  
 datum potius uideri: idque actum, & ab  
 utroque prouisum satis intelligi. Cæterum  
 quia Romanæ etiam leges frequenter pro-  
 fitentur, tum demum causa no[n] secura con-  
 dici, quod ob eam datū est, si per eum qui  
 accepit, steterit, quo minus illa sequeretur,  
 & eius aliqua uel mora uel culpa argua-  
 tur: Constantinus alteram edidit constitu-

I. si à spōso. C. de do-  
 nat. inter tiationem, ut si alterius morte matrimonium  
 uir. & u- impediatur, illi qui dedit, eius ue hæredi,  
 xor. repetere liceat quod donatum est: hoc ta-  
 men discrimine, ut si sponsus donauerit, &  
 ante mortem osculum interuenerit, nō ni-  
 si dimidium repetatur. Nam alteram par-  
 tem quasi basioli mercedem uult relinqui  
 sponsæ. Si uero sponsa ipsa donauerit, to-  
 tum nihilominus condicatur. Huius siue  
 distinctionis siue discriminis ratio est, sin-  
 gularis mulierum fauor. Nam & sponsæ  
 quam

quām sponsi, maius incommodum est, spē-  
ratis nuptijs defici. difficultius enim aliū in-  
ueniet maritum, quām sponsus uxorem,  
præsertim cum osculum aliquid de sponsæ  
pudicitia delibasse uideatur: & propè  
nuptiæ secutæ esse uidentur, cum sponsus  
sponsam deosculatus est: præsertim cum o-  
lim non liceret mulierem, nisi aut uxorem  
aut cognatam, osculari. Quod ad arras  
sponsalicias attinet, dubiū non est, eas spon-  
soreddi etiam duplicatas, si per mulierem  
steterit, quo minus nuptiæ secutæ sint. Si  
aliam ratione esset matrimonij impeditum,  
saltēm quales datæ erant reddebantur.  
Si uero ipsius sponsi culpa, sponsæ lucro ce-  
debat. Et quidem Constantinus uoluit  
uideri, per sponsum stare, si sine causa ul-  
tra biennium differat pactas nuptias: ut de-  
inde possit sine fraude mulier alteri nube-  
re, sibiqe diutius illudi non patiatur.

Neque uero in his tantum causis Con-  
stantinus fuit mulieribus: sed singulari a-

liquando iure fisco eas suo prætulit. Veteres Iurisconsulti, cum de donatione à marito facta uxori disputant, eam comparare solent donationi causa mortis: quia utraq<sub>b</sub> morte demum confirmetur eius donatoris, qui ius quoq<sub>b</sub> testandi cum moreretur, habuit. qui si capitaliter dānatus periret, do-

I. Si aliquis. nationes uel causa mortis factæ, uel in uxo  
De donat. rem collatæ infringebātur. Ac si quidem  
cau. mor.

l. cum hic status. §. miles. De dona. in- ter vir. & uxor.  
standi, donatio simul confirmabatur. Sed hoc militū ius singulare fuit. quod & eodem loco Ulpianus significat, loquens de paganis, qui cum uxori donauissent, uel alteri, mortis causa, mortē sibi deinde obsecularis conscientiam consciuerūt: uel cum alter mortui essent, memoria eorū post mortem dānata est. reuocari enim properea donationes supradictas, responsum est. Hi maritus. enim eodem loco habentur, atq<sub>b</sub> si iam capita-

pit aliter damnati perirent. Quod si tan-  
tum deportaretur, uel serui pœnae fierent:  
non reuocabantur propterea hæ donationes,  
de quibus querimus. quanquam si do-  
nator seruus effectus esset priuati, illas peri-  
mi responderit idem Ulpianus. Nam &  
aut seruus iam antea erat, & donare non  
potuit: aut certè postea factus est, & ius hoc  
amisit. Nam si sua uoluntate factus sit, ut  
quia se uenundari passus sit, eo ipso uide-  
tur animum reuocandæ donationis habu-  
isse, ut omnia sua in dominum nouū trans-  
ferret. Constantinus, quæ de seruitute  
dicta sunt, deque deportatione, probauit. Sed  
quod de capitali mariti dñatione & sup-  
plicio ueteres tradiderant, non uidetur uo-  
luisse infelici uxori, quod attinet ad dona-  
tiones in eam collatas, esse fraudi. Sed neque  
suum fiscum, qui damnati bona occupat,  
eas attingere. Vetus est illud, Dotem se-  
parari, & uxori integrum seruari, si viri  
facultates propter delictum aliquod publi-

l. 13. si sue-  
rit. De do-  
nat. inter  
uir. & uxor.  
d.l. cū hic  
status. g. si  
donator.

1.3.5. sed u-  
trum.de  
minorib. ut liberis reliquantur. Bona deniq<sup>u</sup> uxori  
propria seruari. Sed nouum & singulare  
Constantini beneficium est, quod adiecit,  
& nunc intelligi in primis uolo, plenum  
etiam liberalis humanitatis, & bono prin-  
cipe dignum: ut & alijs deinde bonis Prin-  
cipibus Arcadio atque Honorio placuisse  
scimus. Cuius constitutionis uerba nunc att

I. si quis  
post hac. C.  
de bon. pro  
scrip.

1. res uxo-  
ris. C. de  
donat. in-  
ter uir. &  
uxor.

diamus: Res uxoris quæ uel succes-  
sione qualibet, uel emptione, uel  
etiam largitione uiri in eam ante  
reatum iure peruererant, damna

” to ac mortuo ex poena marito, uel  
” in seruile conditionem ex poenæ  
” qualitate deducto, illibatas esse  
” præcipio: nec alieni criminis in-  
” fortunio astringi uxore, cum ma-  
” ternis paternis ue bonis ac pro-  
” prijs perfrui eam integro legum  
” statu religiosum sit. Et donatio  
” maritalis, que ante tempus crimi-  
nis

nis ac reatus est collata in uxore, " quia pudicitiae præmio cessit, obseruanda est, tanquam si maritum natura, non poena subduxerit. "

Hic ego facere non possum, qui barbam fiscalium procuratorum, quos in Galia uidi, iniuriam detester, qui publicatis mariti bonis, ius sibi esse aiunt occupando rum omnium bonorum mobilium, & aliorum constante matrimonio quæsitorum: quorum alioqui dimidia pars uxor is est, in re moribus recepto. Est quidem in potestate uiri, de ipsis omnibus inter uiuos pro suo arbitrio statuere, ut & donare & alienare & in aliud transferre omnia, si uelit, posse. Neque enim id temere facturus existimat in fraudem quoq; suam: neq; ab hac liberalitate ualde metuendū uidetur. Legare uero, aut testamento transferre, non nisi dimidiā suam partem potest. Cur igitur, cum illi uitam adimit, plus occupat fiscus? An sibi inter uiuos donatum finget,

q 3 quod

quod damnato eripit? Quid si reuiuiscat  
Constantinus, & cum aquissimas suas le-  
ges contemni, tum uero innocentes uxores  
tam male multari uideat?

Sed haec rursus perirent ad iudicia cri-  
minalia. De nuptijs reliqua uideamus. O-  
lim lex Papia & Julia castigabat coelibes,  
atq; etiam steriles: ut ne irre quidem com-  
muni uti posset. Maritis uero & patrib:  
priuilegia multa largiebatur. Huius legis  
capita, quæ multa uariaq; fuere, alio suo lo-  
co collegi. Constantinus uero, et si eam le-  
gem ualde Augusto placuisse sciret, sibi ta-  
men non placere ostendit: Liberum con-  
iugium uel cælibatum esse debere: iniur-  
ium esse penas irrogare non solum cæli-  
batui, sed etiam orbitati. Et uero cur  
hae pænae Principi Christiano displicerent,  
magnam causam fuisse, multis uerbis ex-

Euseb. in ui ponunt ueteres Ecclesiasticae historiæ scri-  
ta Constat.  
Secto. lib. I. ptiores: testanturq; etiam eum edixisse, ne  
uel cælibes uel coniuges orbi, minus quam  
alij,

alijs, iuris haberent. Non extat in libris iuriis Civilis hæc Constantini constitutio: sed ea extat, quam eius filij, uoluntatem prudenterissimi patris sui securi, ediderunt: ut quod lex Papia statuerat de pœnis cælibum, aboleretur. Non laudabo pluribus uerbis hoc Constantini iudicium. Sed prudentes homines facile intelligunt, libertatem uxoris ducendæ, uel non ducendæ, eſſe in Rep. neceſſariā, & cuiq; homini relinquendam eſſe.

Posteaquam dictū de nuptijs est, proximum eſſe uidetur, ut quid de patria in filiosfa. qui ex iusto matrimonio suscipiuntur, potestate Constantinus statuerit, audiamus. Antiquam ea de re legem Rom. ex legibus Romuli & xii Tabul. repetere oportet: quibus etiam locis aliquando plura diximus, qua hoc rursus loco repeti inculcari ue nihil attinet. Quod uero Constantini proprium est, & ex maiori quadam eius constitutione, quæ extat integra libro IIII. Cod. Theodos. à Iustiniano breuiter

I.ulti. C.de est descriptum, inq; suum Codice relatum,  
patr.pot.

„ audiamus. Libertati à maioribus  
„ tantum impensum est, ut patrib.  
„ quibus ius uite in liberos necisq;  
„ potestas olim erat permissa, eripe  
„ re libertatem non liceret.

Non modo ex lege Romuli, sed & xii  
Tabul. pater filium etiam ter uendere po-  
terat. Sed Numa filium fa. maritum uen-  
di prohibuerat. Ceterum extra coniugij  
causam multis annis Romani retinuerūt  
ius uetus patriæ potestatis. Primi nostri It-  
ris consulti uidentur cum ius illud uitæ &  
necis improbase, tum uero patriam po-  
testatem filijsfa. aut uendendi, aut obligandi  
I. I. C.de pa damnasse. Constantino uero ignota esse no  
trib. qui fil. poterat illa Diocletiani recens edita lex, in  
distrax. eandem rem. Sextio tamē post illam suam  
superiorem, qua libertatem filijsfa. patres  
eripere non posse professus erat, constitutio  
nem, aliud quipiam edicere coactus est,  
miserablem (ut ita loquar) unum ut ex-  
ciperet

ciperet casum, qui ius aliquod singulare po-  
stulare uidebatur. Extat lib. IIII Cod. Iu-  
stinian. in hæc uerba eius constitutio:

Si quis propter nimiam pauper-  
tatem, egestatemq; uictus causa, filium filiā ue sanguinolentos uen-  
diderit; uēditione in hoc tantum-  
modo casu ualente, emptor obti-  
nendi eius seruitij habeat faculta-  
tem. Liceat autem ipsi qui uendi-  
dit, uel qui alienatus est, aut cuili-  
bet alij, ad ingenuitatem cum pro  
priam repetere: modò si aut pre-  
cium offerat, quod potest ualere:   
aut mancipium pro huiusmodi  
præstet.

In codice Theodosiano extat titulus, de  
his qui sanguinolentos emptos uel nutrien-  
dos acceperint: ubi hæc Constantini consti-  
tutio paulo aliter descripta est. Verū et-  
si uerba eadem non sint, eandem tamē sen-  
tentiam esse manifestum est. Agitur autē

principiū de iure emptoris, qui (ut illa loquitur) à sanguine quoquo modo legitimè comparauerit: & aliarum in hoc genere ueterum legum à prioribus Principibus editarum meminit. Cericè satis apparet, Constantinum, quantum fieri potuit, leniisse quod illi edixerant. Passus est, infelicem patrem, qui seipsum alere non potest, uenire filium recens natum, & adhuc (ut aī non ignobilis poeta) à matre rubente (nam hunc sanguinolentum ueteres appellasse videntur) quem alioqui uel abycere uel expōnere cogeretur. Longiori excusatione opus non habet necessitas, quæ legē nullam habere dicitur: Sed tolerabilius esse uidetur, ut & patri & filio consulatur, parū ali apud emptorem dominum, & patrem precium inde aliquod, unde se alat, recipere, quam uirung<sup>l</sup> fame contabescere. Cattūrum ne in eas angustias (quibus nihil esse miserius potest) inopes homines redigerentur, lōge humaniori aliquādo ratione prospicerat

Spixerat Constantinus, edita etiam lege, dignissima profecto quam neq; ipse obsolescere pateretur, neq; alijs deinde Principes contempsissent. Nam quarto sui Imperij anno, quamuis multis adhuc bellis ciuilibus distraheretur, eorumq; sumptibus exhaustum uideret suum fiscum, & de Imperij etiam sui possessione dimicaret: tamen liberalem legem edidit, quæ inopes & parentes & liberos seruaret. Non fuit ea forrata postea tam ualde necessaria, cum iam diues Ecclesia suas alendis pauperibus facultates erogaret. Sed cum hoc ab ea exceptari nondum subsidium posset: Princeps optimus à suo fisco repeti uoluit. Non possum equidem Justiniano nostro non censere, ( si id mihi modo licet ) quod optimam hac de re illius legem, cum suum Codicem colligeret, prætermiserit. Sed Theodosio rāto magis gratia habēda est, qui sui Cod. lib. XI, eam bona fide proposuit his uerbis: Aereis tabulis, uel cerussatis, aut

„ aut linteis mappis scripta per om-  
„ nes ciuitates Italiæ proponatur.  
„ lex, quæ parentum manus à parri  
„ cido arceat, uotūq; uertat in me-  
„ lius. Officiumq; tuum hæc cura  
„ perstringat, ut si quis parens adfe-  
„ rat sobolē, quam pro paupertate  
„ educare non possit: nec in alimen-  
„ tis, nec in ueste imparienda tar-  
„ detur, cum educatio nascentis in-  
„ fantiæ moras ferre non possit. Ad  
„ quam rem & fiscum nostrum, &  
„ rem priuatā, indiscreta iussimus  
„ præbere obsequia.

Digna profectio lex, quæ ad memoriam  
hominum sempiternam in æs incisa, pro ratione  
stris omnium ciuitatum proponatur, in eo  
etiam albo, quod nemo non legere possit, ne-  
mo unquam ausit refigere. Deberi pa-  
rentibus & liberis alimenta, & natura &  
ius ciuile sæpe monent. Sed ubi hæc huma-  
nitatis officia priuata egestas & inopia in-  
teriuntur.

terturbant, an homines fame cōtabescent?  
An infelibus pueris, qui nondum per æ-  
tatem suo sibi labore uictum quærere pos-  
sunt, nulla publica erunt subsidia? Habuit  
Ecclesia, habuerunt bonæ ciuitates, ptocho-  
trophia, brephotrophia, orphanotrophia.  
Sed Constatini temporib. non nisi eorū fun-  
damēta iacta erant, nondū ita erant & cō-  
stituta, & locupletata, ut omnes egenos ale-  
re possent. Cæterū ipse Constatinus de suo  
interea potius, quod ad rem necessarium  
eſſet, impendi uoluit. Neq;<sub>3</sub> uero nouum  
eſt, pueros ali ex publico. Olim Athenis li-  
beri eorum qui pro Rep. occubuerant, in  
Prytanæo publicis sumptibus alebantur.  
Romanum quoq;<sub>3</sub> aerarium olim parentib.  
trium liberorum suppeditabat, quod ade-  
os usq;<sub>3</sub> ad pubertatem educādos satis eſſet.  
Eaq;<sub>3</sub> etiam de re lata lex erat iam inde à  
temporibus Horatiorum Tergeminorum:  
quam quidem suo adhuc tempore, Augu-  
sto imperāte, seruatā fuisse, Dionysius Ha-

Halicarn,  
lib. 3.

licarn.

licarn. scribit. Sed & Antoninus Pius puerellas alimentarias instituit, quæ ex publico alerentur. An minus uel pius uel liberalis Constantinus esset? Imò uero constat tem eius in hoc genere uoluntatem, & perpetuam pietatem fuisse, altera eius constitutio testari potest, quæ libro eodem Cod. Thodos. in hunc modum loquitur:

” Prouinciales egestate uiictus ac  
 ” que alimoniæ inopia laborantes,  
 ” liberos suos uendere uel oppigno  
 ” rare cognouimus. Quisquis igitur  
 ” huiusmodi reperietur, qui nul  
 ” la rei familiaris substantia fultus  
 ” est, quiç liberos suos egrè & dif  
 ” fice sument, per fiscū nostrum,  
 ” antequam fiat calamitati obnoxius,  
 ” adiuuetur: ita ut Proconsules  
 ” Praesides que & rationales per  
 ” uniuersam Africam habeant potest  
 ” statem: & uniuersis, quos aduer  
 ” terint in egestate miserabili con  
 ” stitutos,

stitutos, stipem necessariam largi-  
antur, atq; ex horreis substantiam  
protinus tribuant competentem.  
Abhorret enim nostris moribus,  
ut quenquam fame confici, uel ad  
indignum facinus prorūpere con-  
cedamus.

Habuerunt post Constantinum Impe-  
ratores sua horrea, suasq; cellas: sed ha-  
buerunt, ut rem priuatim suam nouo cu-  
iusdam monopoly genere augerent, certoq;  
anni tempore singulis res ad uictum neces-  
sarias suo arbitrio uenderet: & interea ne  
minem alium eius generis merces uendere  
posse, omnes uero à Praefectis fisci emere de-  
bere, edicerent. *Constantinus uero, sua*  
*horrea esse uoluit publica quedam pto-*  
*chotrophia.* Edixit quidem humaniter  
*Valentianus, ut Episcopi, quibus paupe-*  
*res curae esse debent, uideant, ne illi anno-*  
*na uendenda præfecti, qui dicebantur ne-*  
*gociatores domus Principalis, modum ex-*  
*cede-*

I.i.C. de e-  
pisc.aud.

cederent, populum degluberent, iniquum  
precium exigeret. At quanto humanior Con-  
stantinus, qui hoc etiam ipse agit, in opibus  
& parentibus & liberis consulens, ut an-  
nona ipsius ex publico non quidem uedatur, sed  
donetur? Scio pias eius in hoc genere leges  
iam pridem exoleuisse: & ab ipso propterea  
Iustiniano, cum Principum constitutiones  
colligeret, esse prætermissas. Sed earum  
tamen memoriam intercidere, non ne in-  
dignum est, minimeque ferendum?

Quam minimè fuerit & sive yos Consta-  
tinus, quam ualde optarit, non distrahi, quos  
natura coniuxit: sed naturale potius illam  
societatem, quæ sine acerbissimo dolore di-  
uelli non potest, foueri: testis una eius esse  
potest suauissima constitutio, qua edixit,

I. possessio  
nū. C. cōm.

ut iud. Possessionum diuisiones ita sie-  
ri debere, ut apud unum integrum  
maneat proximorum agnatio, uel  
affinitas. Quis enim (inquit) ferat  
liberos a parentibus, a fratribus  
sorores,

sorores, à uiris cōiuges segregari.

Audiebat ueteres Iurisconsultos hu-  
manissimè respondisse, propter eandem pie-  
tatis rationem filiorum appellatione nepo-  
tes contineri, ut prædio cum uillico & fi-  
lijs legato, simul nepotes ex filijs legati uide  
antur. Et legato instrumento fundi, cùm cō-  
staret contineri etiam pistores & tonsores,  
qui familie rusticæ causa parati eſſent: &  
fabros, qui uilla reficienda, & similes; re-  
ſponsū quoq; eſt, uxores eorum & infan-  
tes, uideri testatorem uoluīſſe legato conti-  
neri. non enim existimari debere, duram  
separationem iniunxiſſe. Sed his exem-  
plis opus non habebat Conſtatiniſ, ut quos  
naturalis pietas coniunxerat, uellet, quam  
tum fieri posset, quamvis in alterius po-  
testate eſſent, manere cōſociatos. Sanè filijs fa-  
tam benigne, quām si pater eorū fuifſet, fa-  
uifſe ſepe uidetur. Quo magis dolendū eſt,  
interdū eius conſtitutiones propter obſcurū  
dicēdi genus in contraria ſententiā conor-  
r queri.

queri. Dixit aperte Ulpianus, Senatoris si  
lium accipi, siue in Senatoria dignitate e-  
um suscepere, siue ante dignitatem Senato-  
riam. Non est diuersa Constantini senten-  
cia, sed est paulo obscurius expressa. Ac  
quidem significat, summo iure filios uideri  
privatos, cum editi sunt ante Senatoria pa-  
tris dignitatem. Sed paternos tamen hono-  
res filiis inuidere non oportere ait.

Porro patriæ potestati, de qua paulo  
anè dicere cœperā, tā ualde fuit Constan-  
tinus, ubi se intra pietatis fines contine-  
bat, & patri, qui deportatus fuerat, reuer-  
so, bonisq; suis & dignitati restituto, tam uo-  
luit ius quoque in filios suum restitui, ut e-  
tiam testamentum, quod fecerat filius pa-  
tre deportato, irritum esse inbeat, reciden-  
te in patris potestatem filio. & hoc in genti-  
re, remotis Ulpiani atque Paulini notis, iuf-  
ferit Papiniani ratam esse sententiā: quan-  
quam contractus à filio, qui legitimæ aetă-  
tis erat, interea initos, nō rescindi fateatur.  
Hic,

Hic ego multa de iure & beneficio restitutionis deportatorū, dequod discriminine inter contractū causā & testamentorū, dicere profecto possem. Sed cū longior ea eset tota disputatio, tum uero alium quendam suum habet locum, ubi commodius aptiusque explicari potest. Illud tantum nunc dicam, filium fa. patre cōsentiente reēte contrahere, atque etiam eo ignorantē, ut saltem peculiō tenus pater teneatur. Testa- l. qui in po-  
mentū uero nullo modo facere posse. Nam testate. De  
testam.  
testamenti factio si ex patris consensu tri-  
bueretur, simul complectetur emancipa-  
tiōne. Non enim aliis, quam qui sui iuris  
est, testari potest. Contractus uero etiam a-  
lienō nomine, tāquam à procuratore, iniri  
possunt. Atque testamentum semper ir- 1.6 filiūfa.  
ritum est, quod à filio fa. est factum, etiam si de testam.  
is suā deinde potestatis factus decesserit, & 1.1.5.1.de  
lega.3.  
quidem relicto nō obscuro testimonio eius-  
dem suā uoluntatis: sic etiam irritum fiet,  
quod ab eo qui iuris erat factum est, si in a-

lienam deinde potestatem is recidat. Multo igitur magis, si non nisi propter patris de portationem semel liberatus, eo restituto in priorem eius potestatem recidat. Quid I.ulti. C.de igitur? Filij (inquit Constantinus) eman sentēt. pas. cipationem à patribus, officijs per tant; ut libertatem non damnatio nis, sed lenitatis paternæ testē habent.

Illud uero in eadem constitutione primitu denter adiicit: Si patria potestate patrum ad corrūpendi atque effundē di patrimonij filiorum licetiam abutatur; ut furioso ac demēti, itē prodigo, libidinū, omniumque uitiorum seruo non esse eorum permissionem committendam; sed ut administratione talis pater fuge, re cogatur, & tutor filij sua mino ribus detur.

I.ult. C.de Justinianus scribit, filiofa furioso curat. cura torum non dari, quia paterna cura sufficiat ad

*ad gubernationem rerum, quæ ex castrensi peculio uel aliunde filiofa. quæsitæ sunt.*

*Quis enim (inquit) talis affectus extraneus inueniatur, ut uincat paternum: uel cui alij credendum est, res liberorum gubernadas parentibus derelictis? Sed si pater ipse uel furioso similis sit, uel filiorū res suæ curæ commissas dissipet: res ipsa clamat, alio curatore opus esse. Sic enim parentum ius tueri debemus, ut ipsis tamen etiam filijsfa. consulatur.*

*Atq[ue] h[oc] quidem etiā pertinet, quod edixit Constantinus, ut res quæ ex matris successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios deuolutæ, ita sint in potestate parentum, ut fruendi duntaxat habeant facultatem, dominio earum ad liberos pertinente. Codex Theodosianus (cuius libro VIII extat integræ hæc constitutio) ostendit, scriptum fuisse à Constantino, has res ita esse in potestate parentum,*

I.I.C. de  
bonis mat.

ut fruendi pontificium habeant, alienandi  
eis licentia derogetur. Pontificium uocat,  
quod paulo ante dixerat, & Iustinianus  
repetere maluit, potestatem. Pontifices  
dictos esse à posse, & facere: Scœuola apud  
Varronem docet. Hinc pontificium gene-  
raliter dictum esse uidetur, pro iure & po-  
testate faciendi. Qua etiā uoce utitur Gel-  
lius: ut in Constantino minus insolens uer-  
bum esse uideatur. Sed ad rem. Dacen-  
tis ante Constantinum annis Caius noſter  
scripsit: Sacratis. Principis nostri  
oratione cauetur, ut matris inte-  
statæ hæreditas, ad filios, tametsi  
in aliena potestate sint, pertineat.

Lult. Ad Quem nam hic suum Principe intelligat,  
Sen. Tert. uix certò adſirmare possum. quanquam  
non ignorē, quod Capitolinus scripsit, M.  
Antoninum Philosophum, qui Caij etā-  
tem proximè est secutus, leges tulisse de bo-  
nis maternis. Sed quæ nam etiam eæ leges  
fuerint, & quid ſibi uoluerint, nō possum,  
nisi ſi

nisi si temerè facere uolo, assuerare. Scio  
 quod scribit Iustinianus, Senatus consulto  
 Orphitano, quod Diui Marci temporib.  
 factum est, sic esse liberos ad bona matrum  
 intestatarū admissos, ut tam filio quam fi-  
 liæ daretur legitima hæreditas, etiam si a-  
 lieno iure subiecti essent. Scio quod Tripo  
 ninus Iuriscons. respondit, patrem, qui no-  
 mine sui filij dicit inofficium matris testa-  
 mentum, parare alteri uictoriā: quasi non  
 tam sibi uinceret, quam filio suo. Atqui  
 quod de bonis maternis quæ filiofa. magis  
 quam patri acquiruntur, dicitur, acceptū  
 ferrī solet Constantino, tanquam auctori pri-  
 mo, qui filijsfa. hoc beneficium dederit. Cer-  
 te hic primus rem hanc totam, quæ obscu-  
 rius antea tradita est, aperiè explicuit, &  
 plane definiit, ut omnes intelligerēt mater-  
 næ successionis proprietatem filiofa. solum  
 uero usufr. patri acquiri. Quo exemplo de-  
 inde Honorius & Arcadius statuerunt,  
 idem dici debere de ijs bonis omnibus, quæ

l.i.s.Instit.

de Senat.

Orphit.

l. filius.de  
inoff.test.l.2.C.de  
bon.mat.

ex genere materno, quoquo modo profici-  
scuntur: ueluti quæ annus annia, pro annus pro  
annia materni donarint, legarint testamēto,  
uel ab intestato reliquerint. Quod quidem  
et horū principum patri Theodosio placitū  
is, significat quædā eius hac de re lex lib.  
viii. Cod. Theodos. quatamē nominatim  
etiam cautum est, non idem dici de rebus  
quæ ab alijs extraneis personis delatae sunt.  
Caterius Justinianus ut rem hanc magis  
amplificaret, quod de bonis maternis statu-  
tum fuerat, ad omnia (ut uocantur) adū-  
ticia peritrxaxit, quæ nempe filio aliunde ob-  
ueniunt, quam ex refactō ue patris, aut c-  
ius occasione.

Lcum opor-  
tet. C. de  
bon. quæ

lib.

Ut ad Constantinum reuertar, in ea-  
dem illa sua constitutione adiecit: Si pa-  
ter filium emācipet, cogi quidem  
materna ei bona reddere: sed filiū,  
ne ingratus uideatur, debere pa-  
tri tertiam eorum partem offerre.  
Sed Justinianus hāc constitutionem descri-  
bens,

bens, partem hanc expunxit. Nam ea  
sublata atq<sup>3</sup> repudiata, iam statuerat, patri  
filium emancipanti, non quidem tertiam  
bonorum maternorum portionem dari de  
bere: sed solius ususfructus dimidiā par  
tem eße relinquendam.

Ut ius patriæ potestatis missum facia  
mus, Constantinus, ut iam patri ademptū  
esse intelligebat uetus illud ius uitæ & ne  
cis in filium fa. sic etiam ne sauitiam qui  
dem nullam, aut maiorem acerbitatē pa  
tris tolerari audiebat. Id uero, quia iam sa  
tis cautum atq<sup>3</sup> constitutum erat, aliorum  
principum humanissimis rescriptis non pu  
tauit statui rursus debere. Sed ingenuorū  
filiorum fa. curam magnam gesſisse, uel in  
de intelliſi satis potest, quod ne seruorum  
quidem causam neglexerit. Nam edita e  
tiam lege dominos monuit, ne si promeritos  
cēdant loris aut uirgis seruos, immoderatē  
suo hoc iure utātur. Imo uero pronunciat,  
homicidijs reos fore, si seruum uel ictu fu  
luna. C. de  
men. seru.

stis lapidis' ue, uel aliquo telo occidant.

Multa hic dici posse de iure domesticæ  
privatæq<sup>3</sup> castigationis. Sed ab Constanti-  
no longius nunc recedere non institui.

I.i. C.de Quis uero mirabitur, clementissimū prin-  
cipe m non posse pati crudeliū dominorum  
in seruos saevitiam, cum quidem & equos,  
qui publico (ut loquitur) usui deputati  
sunt, lege lata ueteruerit lignis fustibus' ue  
cadi, aut contundi: iussit autem flabellis  
tantū agitari? Erant insolentes homines,  
qui felici diplomate abutebātur, & iumenta,  
quibus insidebant, crudeliter cadere glo-  
riosum esse putabant. Eratq<sup>3</sup> hæc ferocia  
etiam Reip. perniciosa. Cur igitur eam to-  
leraret Constantinus? Illud sane & ei, ut  
multa alia præteream, serui debent, quod  
eum uetusse narrat Eusebius, ne qui Chri-  
stiani essent, Iudeis alijs' ue impijs homini-  
bus seruirent. Suorum enim religioni pru-  
denter metuebat: quam profanorum do-  
minorum libidini & impietati subiici, in-  
dignum

dignum profecto erat. Sed legatur, quæ extat, eius ad Euagrium constitutio, ne Christianum mancipium hereticus, aut paganus, aut Iudeus uel possideat, uel circumcidat.

Ut autem ius patriæ & herilis potestatis humanitate singulari temperauit: sic libertos impunè ingratos esse, passus non est. Olim Claudium Cæsarem statuisse, ut in seruitutem ij reuocarentur, scribit Suetonius. Sed hoc ius paulo post sublatum fuisse, patronisq; negatum, testis est Tacitus lib. XII. Nostrorum tamen prudentū temporibus rursus restitutum est. Et Diocletianus Imp. significat, si ingrati probentur, ad seruendi necessitatem redigi posse, ab ipsorum etiam patronorū filijs. Sed Constantinus edita nobilissima constitutione, a-  
Pertius id edixit, perpetuaq; lege sanxit. quin illud adiecit, ut qui in seruitutem i. qui manu-  
na reuocati erunt, rursus liberi fieri non missus. C.  
possint, nisi si princeps cum patrono id con- deliber. &  
cesserit. eor. lib.

cesserit. Ac ne militibus quidem ipsis hac  
in re parendum esse, postea rescripsit The-  
odosius. Adeo placuit bonis principibus,  
quod in hoc genere placuerat Constantino.  
Non dicam pluribus uerbis, quid ingrati-  
homines mereantur. Quod enim satis no-  
tum est, dici amplius non est necesse. Sed le-  
gem Constantini aduersus hoc hominū ge-  
nus, præsertim libertorum, non modo iu-  
stam, sed & in Repub. ualde esse necessa-  
riam, nemo non uidet.

Porro qui & filiorum fa. & seruorū  
tam magnam curam gessit, minimè profe-  
cto neglexit pupillos, aut negligere potuit,  
quos sibi diuinitus etiam, in primis comen-  
datos esse nō ignorabat. Legerat hoc ethni-

I.2. Qui ci Imp. Septim. Seueri rescriptum. Om-  
pet. tuto. nem me rationem adhibere sub-

„ ueniendi pupillis, cum ad curam  
„ publicam pertineat, liquere om-  
„ nibus uolo. An ab eo in hoc se-  
nere uinci princeps Christianus pateretur?

Imò

Imò uero nihil quicquam prætermisit, ut non tam uerbis ostentaret, quam re ipsa ostenderet, nihil sibi magis curæ esse: multaq;<sub>z</sub> hoc nomine singulari quoq;<sub>z</sub> iure & fauore statuit. Si in domo pupillari falsa moneta excusa sit, pupillo parcit, tutorem castigat.

Si pro fundo emphyteutico pupillari suo tempore pensio soluta non sit, commissum non tam pupillo quam tutori damnosum fore pronūciat. Sed maiora alia beneficia sunt, quibus effecit, ut omnibus liqueret, omnem se uerè adhibere rationem subueniendi pupillis: ut intelligi potest ex quatuor eius constitutionibus, de administratione & periculo tutorum. Ac initio quidem sui imperij statuit, ut tacita quadam hypotheca intelligerentur pupillis obligata tutorum bona, si aut tutores aliquid neglexerint, aut ex administratione quipiam pupillis debeant. Ueteres singulari iure pupillo dabant privilegiū exigendi, ut alijs tutorum creditoribus chirographarijs (ut appellantur) I.z.C.de  
falsa mon.  
I.z.C.de  
fund.pa-  
trim,  
I.pro offi-  
cio.C.de  
admi.tut.

tur) præferri possent. Sed plus cautionis est  
in iure & priuilegio tacitæ hypothecæ.

Eoq; itaq; pupillos ueluti cōmuniendos esse

I. ult. C. qui pot. in pig. I. si quis pri  
oris. §. ult. C. de secū. nupt. l. cū C. de bon.  
quæ lib. I. assiduis. C. qui pot. in pign.  
I. pupillo- tū. C. de ad mi. tut.

indicauit Constantinus. Quo exemplo &  
Iustinianus filiofa. tacitè obligari statuit res  
patris, materna filij bona administrantis.  
Sed & mulieri, ut suam magis dotem con-  
seruaret, cum ueteri iure daretur prīuile-  
giū exigendi, adiecit ius tacitæ hypothecæ,  
qua hoc nomine bona mariti obstringe-  
rentur.

Porrò ut Constantinus tutores magis  
excitaret ad procurationē commodorum  
pupillariū, statuit, ut de suo damnum sar-  
ciant atq; præstent, si quam donationum  
pupilli nomine accipendarū occasione ne-  
glexerint. Uetus est illud, ut Remp. sic tū  
telam geri debere diligenter ad eorū utili-  
tatem, quorū res gerutur. leges itaq; requi-  
runt à tute diligentiam, saltem illam  
quæ esse solet honorū & frugi patruſa. &  
ēū præſlare culpā latā & leue ſæpe dicunt.  
I. contra- etus. de tegu. iur. Sed

Sed in re tutelari, nobilissima est illa  
Constantini constitutio, de rebus minorum  
sine decreto non alienandis. Oratione qui-  
dā Seueri Imp. quae in P̄adectis extat, pro-  
hibentur tutores curatores ue prædia rusti-  
ca uel suburbana sine iusta causa, Præto-  
risq; decreto distrahere. Sed alia lex erat,  
quæ iubebat, atq; etiam cogebat eos mobi-  
lia omnia, urbanaq; & prædia & manci-  
pia uendere. Vedit prudenter Constan-  
tinus, multis de causis, quas etiam comme-  
morat, eam legem, quicunq; tandem eius  
autor fuerit, pupillis utilem nō esse. Faces-  
sere itaq; iubet: eaq; sublata edicit, ut tuto-  
res, etiam si maxime uelint, non magis ea  
possint quam alia bona distrahere. ac gra-  
uiter uetat, ne quid alienent eorum, quæ  
seruando seruari possunt. Ostendit etiā,  
mancipia urbana non minus quam rusti-  
ca, pupillis ualde usui esse posse. Deniq;  
singulariter prohibet alienari domum pa-  
ternam, in qua educatus sit pupillus: præ-  
fertim

l.z.l.quie-  
quid.C.ar-  
bi.tut.l.tu-  
tori. C.de  
neg.gest.  
l.lex que  
C.de ad-  
m.tut.

seritum cum ualde durum & lugubre sit,  
in ea (ut loquitur) maiorum imagines aut  
non uidere fixas, aut reuulsas uidere.

Longior est ea constitutio, quam ut co-  
mode tota hic describi inseriq; possit: neque  
ualde opus est, cum eius sententiam sum-  
maq; capita teneamus. Ac uidetur qui-  
dem *Constantinus*, ut olim *Prætorem tuti-*  
*larem* crearat *Antoninus Pius*, creasse  
quoq; proprium quendam *Prætorem*, qui  
hoc unum ageret, ut causa cognita, res mi-  
norum uendi uel posse uel non posse decer-  
neret. Nam & ipse quodam loco meminit

Iulti. C. de huius sui *Prætoris Constantiniani*: cuius  
pred. &c a- etiam decretum, causa probata, necessariis  
lijs reb. min. esse uult, si propter debita fiscalia uel pupil-  
li uel minoris res aliqua distrahenda sit.  
Multa hoc loco de alienatione earum re-  
rum, & causa iusta, & decreto quod re-  
quiritur, dici possent. Sed ad orationem Se-  
ueri magis ea pertinent, quam ad Constan-  
tinum. Facere tamen non possum, quin  
rur sus

rursus obseruem, quod singulari ratione  
 Constantinus prohibet uendi domum mi-  
 noris, in qua pater defecit, minor creuit,  
 (haec enim illius uerba sunt) deniq<sup>z</sup> maio-  
 rum imagines fixæ sunt. Cicero in suis li-  
 bris de Legibus, loquens de uilla paterna,  
 in qua ipse natus & educatus erat, ait: in-  
 esse propterea nescio quid, & latere in ani-  
 mo ac sensu suo, quo plus eum is locus dele-  
 ctet. Omitto illustre in Vespasiano exem-  
 plum. Sed hunc sensum atq<sup>z</sup> etiam affectū  
 tam esse iustū ueteres semper iudicarunt,  
 ut leges quoq<sup>z</sup> ipsae singulari quodam eum  
 fauore prosequatur. Certe responsum à Iu-  
 risconsultis est, Si in emptione penes se col-  
 latam minor adiectione ab alio superetur,  
 audiri implorantem in integrum restitu-  
 tionem, si eius interesse, emptam ab eo rem  
 fuisse, approbetur, ueluti quod maiorum  
 eius fuisse. Id cum audiret Constanti-  
 nus, non dubitauit interesse minoris, ab eo  
 non uendi, quod ab alio uenditum ipse cur

redimeret, iustum causam habere videtur. Quid? Is qui in prouincia officij causa agit, prohibetur in ea quidem prædia comparare. At si paterna uideat à fisco distrahi, singulari iure petere potest ea sibi addi-

I. qui officij de cōt. ci. Sed & si aeris alieni magnitudo, facultates & patrimonium liberii excedat: sin-

gulari tamen iure patronus petet bonorum possessionem, si prædia persequatur, in qui-

I. libertus. bus maiorum suorum sepulchra esse pro-  
de bon. lib. bat.

Adeò miserum esse uisum est, auitis sepulchris & larib. carere: ut alio loco U-

I. in fundo. pianus ait, significans quædam singulari-  
de re. uind. ter indulgeri, ne id accidat. Quanquam

ne hoc prætextu cū aliorū iniuria quiduis

I. i. §. sed si nobis licere existimemus: responsum etiam rem. si quid est, eum quibona fide iustoq; precio præ-

in frau. pat. dium aliquod ab alterius liberto emerit,

non posse actione Faustina conueniri à pa-

tronō: neque patronū hunc audiri, causan-

tem suainteresse, rem illam non fuisse ue-

nundatam: in eoq; esse fraudem, quod ue-

nierit

merit possessio, in qua ipse habeat affectionem, uel quod illic educatus sit, uel parentes sepulti. Sed nulli facit iniuria Constantinus, si propter naturalem huius generis affectionem, minori alicui seruari uelit, potius quam alienari, talem possessionem.

Ut minorū causam singularem missam faciam, adijciam pro coronide, quod Constantinus, ne quid prætermitteret, Valeriano Vicario rescripsit: Quamuis in lucro  
 fæminis ius ignorantibus subueniri non soleat, tamen contra etatem adhuc imperf

etiam hæc locum non habere. Paulus

ait, Regulam esse, Iuris ignorantiam cuiq

nocere. Sed excipit minores xxv annis:

quib. ait esse permisum, ius ignorare: idq

& fæminus in quibusdam causis dari, propter sexus infirmitatem. Et ideo, sic ubi nō

est delictum, sed iuris ignorantia, non laedi.

Loquitur ergo, ubi de damno mulieris age

retur. Ceterum in compendijs, iuris erro-

rem non prodeesse fæminis, ait Papinianus:

I. quamuis.

C. de iuris

& facti i-

gnor.

I. regula de

iuris &

fac. ign.

I. iuris & I.

seq. illo tit.

non contentus eo quod alio loco in uniuersum dixerat, iuris ignorantia non prodesse acquirere uolentibus. Sed hic rursus excipiendos esse minores, iudicat Constantinus, ut multis in causis maior est imbecillioris aetatis quam sexus infirmi fauor. Neque tamen id primus sensit Constantinus.

d.l. regula. Nam & antea Paulus responderat, si filius fa.miles à commilitone hæres institutus, ne sciat sibi etiam sine patre licere adire, per constitutiones Principales ius ignorare posse: & ideo diem ei aditionis actioni sue non cedere. Loquitur autem de filiofa. milite, qui & xxv annis minor erat.

Porro cum suam Constantinus aulam, non secus atq; ecclesiam quandam, uellet esse commune asylum afflictæ innocentia, & ueluti aram Salutis, & præsidium iuris: nullo uero modo pateretur à potentioribus infirmiores uexari: edidit constitucionem pio & bono principe dignam, ut pupilli, uiduae, infirmi, & aliae (ut appellantur) misera-

luna. C. quādo Imper. inter pup. & uid. misera-

miserabiles personaे, in suo tantum domicilio prouincia' ne conueniantur: neque ulla principis rescripto possint inuiti alio per trahi, ne in ipsius quidem Imperatoris aulam. Ipsis tamen ut integrum sit ac liberum, si alicuius potentiam reformidant, eò recurere, & aduersarium ad Principis cognitionem atq; <sub>b3</sub> tribunal euocare.

Oportet ualde humanū & uerē Christianum principem fuisse Constantinū, ad quem infimo cuique tam facilis patuit accessus. Sed neq; se alioqui Christianum, neque uerū principem fore, recte iudicabat. Non causabatur, quod ille olim Philippus Macedoniae cuidam aniculæ respōdit, sibi tantum non esse ocij, ut audiat vulgi causas. Nam & sciebat, cum id prætexeret Philippus, meritò ab illa, quam repellebat, an audiisse, Ne sis igitur rex. Sciebat diuinus tutelam pupillorum, uiduarum, & talium personarum, quas potentum iniurijs obnoxias esse constat, suæ fidei cōreditam esse.

esse. Sed priuilegia nunc omittamus, leges  
 communes persequamur: ex quibus facile  
 intelligemus, quāta & prudentia & equi-  
 tate in hoc quoq; genere sua iudicia tempe-  
 l. in re man  
rari. Ac in primis quidem occurrit  
 data. C.  
mand. nobilis illa eius constitutio, ad Volusia-  
 num P. P.

„ In re mandata, non pecuniæ so-  
 „ lum, cuius est certissimum man-  
 „ dati iudicium, uerūm etiam existi-  
 „ mationis periculum est. Nam suæ  
 „ quidem quisque rei moderator  
 „ atque arbiter, non omnia nego-  
 „ cia, sed pleraque ex proprio ani-  
 „ mo facit. Aliena uero negocia ex-  
 „ acto officio gerūtur. nec quicquā  
 „ in eorum administratione negle-  
 „ ctum, ac declinatum, culpa uacu-  
 „ um est.

Principiō recte illud Constantinus ui-  
 dit, ununquemque rei suæ moderatore atq;  
 arbitrum & esse, & esse debere: neq; de ea  
 ratio-

rationem alteri reddere. Iustum est (in-  
quiunt alij Cæsares) sua cuique committe-  
re. Neq; modo id ipsi saepe Iurisconsulti pri-  
denter inculcarunt: sed & olim Cicero sa-  
tis significauit. Hæc sunt (inquit) firmissi-  
ma fundamenta nostræ ciuitatis, sui quen-  
que iuris & dimitendi & retinendi esse  
dominum. Intereat amē, quia etiam Rei-  
publ. interest, ne quis re sua male utatur:  
curam hic quoque suam, ubi opus est, leges  
interponunt, & prodigo non minus quam  
furioso dant curatorem: quod latius dixi  
ad *xxxxi cap. xi. Tab.* Ceterūm aliena  
negocia, qua nobis mandata sunt, no-  
straq; fidei concredita, exacto officio ma-  
gnaq; cura geri debere, neq; impunè negligi  
ullo modo posse, recte etiam & grauiter  
Constantinus monet. Eſeq; hanc non mo-  
do legum omnium perpetuam uocem, sed  
& omnium hominum animis insitam ue-  
luti naturalis iuris & æquitatis rationē,  
quam Constantinus inculcat, dubium pro-

I. nemo ex-  
terus. C. de  
Iudæis.

fecto non est. Quid enim? Notum est, quod ille etiam apud Plautum adolescēs Chari-nus ait: Sæpe ex te audiui, pater, & canda-tæ rei omnes sapiētes primum præuorti de-cet. Sed Cicero rem hanc totam tam dili-genter, tamq; copiose & eleganter explicat, ut neq; dignior Constantino ullus aduocari posset interpres: neq; aliunde melius, quod hac dere nunc dici uel debet, uel potest, repeti.

Iuris consulti uero cum disputat, quam culpam præstet qui mandatum suscepit: sa-tis significat, non eam modo quæ in facien-do est præstari, sed & quæ in non faciendo sive negligendo uersatur. Nam & diligen-tiam præstari in mandato, sicuti & in com-modato, & in uendito, & in pignore, &

I. contra-  
ctus. de  
reg.iur.

in tutela, & negotijs gestis, aiunt. Sed non eadem semper in hisce omnibus ratio est huius uel diligentiae uel culpæ aestiman-da. Cum de commodato loquimur, intelli-gimus diligentiam exactissimam optimi patris fa-

patrisfa. quia illud contractum sit in rem eius tantum, cui datur. At mandatum magis continet utilitatē mandantis. Satis itaq; superq; est, si diligentia illa communis præstetur, qualis eſſe ſolet bonorū & frugi patrumfa. Ac in dotis quidem cauſa maritus, uel ſocius in rebus communib; non niſi eam præſtant, quam ſuis & prijs rebus ſolent: quoniam propter ſuam 1. hēredes. Partem habent cauſam gerendi. Sed qui 9. noa tan-  
tum. Fami-  
ercisc. res omnino alienas tractant, nō ex ſua qui dem natura, ſi forte negligentiores ſint in ſuis, ſed ex communi: ſalīc frugi hominum conſuetudine aſtimare officium ſuum de- bent. Quanquam ex rei mandatæ circun- ſtantijſ & natura diſcerni multa hic poſ- ſint. Si res diligentiam non exigebat, ſatis eſſe credemus, dolum & culpat latā præ- ſtari. Si autem diligentiam requirebat, aut cuſtodiam, culpa quoq; leuiſ præſtabi- tur. Si neceſſaria illi opus erat singulari quadam & exacta cura, culpa etiā leuiſ-

simam præstari debere non negabo: præser-  
tim si qui mandatum suscepit, salarium a-  
liquod recipiat, & opera suæ precium.

Sic etiam intelligemus, quomodo sit accipi-

I. à procu-  
ratore. C.  
mand. scripsérat Diocletianus, à procuratore cul-  
pam omnem præstandam esse. Iustam  
certè ignorantiam illi non imputari, qui

I. 29. si fide-  
iussor.  
mand. mandatum suscepit, Ulpianus docuit, cum  
traderet fideiussorem, qui cum ignoraret  
non fuisse debitori numeratam pecuniam,  
soluerit, mandati iudicio repetere posse.

Illud sane magna æquitate traditum est,  
ut qui mandatum neglexit, mādati actio-  
ne non conueniatur, nisi si mandantis in-

I. 3. §. man-  
dati.mand. tersit. Quod enim damnum præstaret, si  
nullum sit? aut qua fronte aliquid propte-  
rea petat qui mādauit, si eius potius inter-  
sit factum id non esse? Sed ne ab euentu  
facta iudicantes, perfidiam atq; negligen-  
tiam excusare hoc prætextu videamus, ei  
quidem non recuso, quin neglecti officij ac-  
cusee.

cusetur qui mandatum neglexit, quicquid  
rādem consecutum sit: & cum aliqua ē-  
tiam infamia eo nomine condennetur, sal-  
tem si sc̄ies prudens neglexit. Sic enim &  
Cicero significat ueteres iudicasse. In mi-  
nimis (inquit) priuatisq; rebus, etiam ne-  
gligentia in crimen mandati, iudicij q; infam-  
iam reuocatur: propterea quod, si recte  
fiat, illum negligere oporteat, qui manda-  
uit: non illum, qui mandatum receperit.  
Certè qui olim aduersus mandatum cōtra  
hostes pugnauerat, tamē si felix euentus  
pugnae fuisset, pænas contempti mandati  
dedit, neq; in hoc genere pater filio parcen-  
dum esse putauit. Nota est historia Man-  
ly Torquati.

Sed ut persequamur reliqua Con-  
stantini iudicia de contractibus: illud nunc  
mihi occurrit, & ualde singulare uidetur,  
quod statuit, ut si ciuitas mutua pecuniam  
crediderit, factusq; deinde non omnino sol-  
uendo fuerit debitor: bona, quæ interea in  
alios

I.2.C. de de  
bit.ciuit.

alios tranſtulerit, quodammodo ciuitati nihilominus obligari, ſic ut eorum poffeffores conueniri ſaltem poſſint pro rata earum rerum, quas poſſident, parte. Qua ratione ait res illas eſſe ciuitati obnoxias. His multa profeſto ſingularia ſunt. Quibusda  
olim ciuitatibus non modo priuilegium e  
xigēdi, ſed & quoddam taciti pignoris ius

I. ſimile. Ad datum fuſſe legimus. Sed ſingulari Princi

municip. pis beneficio id impetrandum erat. Idone

I. 2. C. de iu re Reip. bātq̄ Iurisconsulti, pecunias ciuitatum non

I. ſi bene. de eſſe credendas ſine idoneis pignoribus. Catt

uſur. rūm cum hæc cautio ſepe omitteretur, &

priuilegio deſtituta ciuitates, magnum ple

rumq; ex debitorum perfidia danno cā

perent: Constantinus quiddam illis in uni

uerſum, ſaltem cum mutuum darent, pri

mus confeſſit: quod eſt ueluti medium in

ter priuilegium exigendi, & ius pignoris.

Nam etiā ad ius pignoris propius accedat:

tamen nō poſſumus omnino dicere pignus

eſſe. Tum enim in ſolidum statim agi poſſet

in eum,

in eum, qui unam etiam aliquam rei pi-  
gnoratae partē solam possideret. Est enim  
individua pignoris causa. Sed huius taciti  
quasi pignoris, & diuidui, quod in hac spe-  
cie Constantinus ciuitatibus dedit, exem-  
plum secutus uidetur Iustinianus, cum le-  
gatarijs tacitè obligari alia testatoris bona  
statueret. Sic enim demum obligari uoluit,  
ut hac actio hypothecaria, aduersus hære-  
des perinde diuidatur, atq[ue] ipsa personalis.

I.I.C. com.  
de lega.

Non persequar alias de commercijs le-  
ges Constantini, quæ ad fidem in foro reti-  
nendam prudenter latæ sunt. Magis enim  
ius uetus confirmant, quam nouū edunt:  
& sunt propterea cum alijs legumlatorib.  
communes. Illud præterire non possum,  
quod contractus uel extortos, aut dolo ma-  
lo, cum quidem neq[ue] iustum habeant con-  
sensum, neq[ue] cum bonis morib[us] cōueniant,  
tantum abest ut uel tueri uel confirmare  
uoluerit, ut etiam operam dederit, ne uel  
inirentur, uel initi impunè dissoluerentur,  
uim de-

Lulti. C.de <sup>Actio-</sup> *nim denique nullam haberent.*  
 dolo. *nem de dolo, quæ annalis erat, biennij esse*  
*inßit: & Prætorū in hoc genere omnium*  
*æquitatem superauit. De quo quidem iur-*  
*dicio doli, quod in Rep. ualde necessarium*  
*est, multa hic dicerem, nisi nō tam ad Con-*  
*stantini leges esse referendum, quam ad*  
*edicta Prætorum magis id pertinere, scilicet*  
*rem. Illud magis Constantino debetur,*  
 l.pen. C.de *quod nobili quadam sua constitutione edic-*  
 his que ui *xit, ut si quis aliquo officio prædictus, cogat*  
 met. cau. *aliquem quipiam sibi uendere, rem redi-*  
*dere cogatur: & preciū tamē, quod dedit,*  
*nō recuperet. De qua sane iustissima legi,*  
*ut sententiā non modo nostram, sed multo*  
*magis ueterum, exponam: principio existi-*  
*mo Constantiū in Ecclesia Christi sic e-*  
*doctum fuīse, ut intelligeret principum &*  
*magistratuum potestatem non esse infini-*  
*tam: neq; ips quod liber, etiam licere. Et qui-*  
*dem audiuerat illam, quam sacræ liuera*  
*commemorant, historiam regis Achab;*  
*uolentis*

uolentis uicinū suum, plebeium alioqui ho  
minem, Naboth, ui adigere ad uineolæ suæ  
uenditionem. Nam et si ei iuslum forte  
precium offerret, tamen ius non erat, inui-  
to domino rem eripere. Primaqz hæc natu-  
ralis libertatis fundamenta sunt, ut nemo  
rem suam uendere cogatur. Et sane quan-  
toper e ueteres leges Romanæ abhorruerint  
ab omni huius generis tyrannide atqz iniu-  
ria, non est obscurum. Cicero Verrem ac-  
cusans, sepe laudat has leges Romanorum:  
qui diligenter omnes, quos in Prouincias  
cum potestate mittebant, ab emptionib. re-  
mouerunt. Recte enim putasse, ereptionem  
fore, non emptionem, cùm ueditori, suo ar-  
bitrio, uendere non liceret: atqz in prouin-  
cia, si is qui esset cum potestate & imperio,  
quod apud quemque esset, emere uellet, si-  
ue esset uenale, siue nō esset, cōsequeretur,  
& quantum uellet, offerret. Ac illas qui-  
dem leges iam mortuas esse, eo tempore Hor-  
æsius iactabat. Verum ita ijs illudi Cicero  
non

L. in uitum.  
C. de con-  
trah. empt.

non patitur. Saltem nostrorum iurisconsul  
torum etate reuixerant, in quorum com  
mentarijs frequens illarum mentio est.

Sed & legem Iuliam repetundarū, qua  
& Cicero Verrem urgebat, irritas facere  
uenditiones atque locationes cum Præside  
contractas, & impedire usucaptionem, pri  
usquam res in potestatem eius, à quo profe

I. penulti. Et a sit, hæreditiue eius redierit, Paulus no  
Ad leg. Iul. rep. ster scribit. Sic enim res ui eruptæ uiden  
tur, quas Præses emit. Imo uero, cum rem  
ui primum possessam, sed ex causa emptio  
nis, aliis saltem bona fidei possessor usuca

I.3. C. de his que ui  
met. cau. side emptam, quod haec ui omnino fuisse  
1.46. aufer- primū erupta uideatur. Porro Hermo  
tur. §. quod genianus ait, Quod à Præside, uel alio qui  
à Præside. de iu. fī. prouinciam administrat, in ea prouincia,  
licet per suppositam personam comparatu  
est, infirmato contractu uindicari, & asti

1.46. non li  
cet. de cōt.  
empt. mationem eius fisco inferri. Addit Mar  
tianus, Si quis ex officio aliquid emat, non  
tan-

tantum rem amittere, sed etiam in quadrum puniri. Verum id ad eos tantum pertinere dicitur, qui uel ex pecunia publica, cuius procurationem habent, sibi priuatum aliquid emunt: uel rem aliquam publicam, cuius uendenda mandatum suscep-  
runt, sibi reuident. Sed ut haec nunc omit-  
tam, atq; etiam nobilem Iustiniani consti-  
tutionem de contractibus iudicium, & ad  
Constantinum nostrū reuertar: obseruan-  
dum est, quod rescripsit Diocletianus Imp.  
ad inuidiam alicui nocere nullam dignita-  
tem oportere: & ad metum arguendum,  
per quem initus esse contractus diceretur,  
senatoriam dignitatem aduersarij solam  
non esse idoneam. Itaque qui metu magi-  
stratus coactū se esse dicet, metum aliunde  
Probet necesse est. Idq; & Constantinus re-  
quirit: cuius opinor tempore rursus mortuae  
alioqui erant illae Romanorum leges, quæ  
magistratum uel præsidem in prouincia  
in uniuersum remouebat ab emptionibus.

1. ad inui-  
diam. C. de  
his quæ ui-  
met. cau.

Ut autem in commercijs nūm minimē  
passus est ullā inferri, ab ijs præsertim, qui  
eam ab alio quoq; illarā reprimere atq; pun-  
nire deberent: sic non tolerauit iniquas con-  
uictiones, earum' ue conditions dolo quo-  
dam extortas, & ab inuitio callide expres-

I.I. C.de sas. Rescripserat Alexander Imp. in an-

pact. pign. fore pactionem, si cum eo qui mutua pecu-  
nia accipiebat, cōuenerit, ut nisi intra cer-  
tum tēpus eam redderet, creditori pignus  
datum cederet. Cæterū quia iam cōtem-  
ni, & noua fœneratorum fraude eludi hoc  
rescriptum uidebatur, neq; satis alio qui oc-  
curreret omnibus talis pactionis legisq; com-  
missoriæ captionibus: Constantinus aduer-

I.ulti.C. sus eam aliam edidit nobilem constitutio-  
nem. Cicero duobus locis significat, suo tem-  
pore pignus committi potuisse, pecunia ad  
diem non soluta. Nostri Iurisconsulti, ei si  
ea in re magnas esse posse uidebant fraudes  
fœneratorū, magnamq; infelicium debito-  
rum captionem, tamen non omnino aude-  
bant

bant talia in uniuersum commissa, iniusta  
esse dicere. Interdum aiunt recte ita con-  
ueniri, ut si ad diem non soluat debitor, cre-  
ditor pignus sibi emptum habeat iusto pre-  
cio. Interdum hanc iusti precij conditionem  
non exprimunt: sed intelligunt tamen. In-  
terdum responderunt, Et si uir stipulanti  
uxori spopoderit, direpto matrimonio præ-  
dia, quæ doti erat obligata, in solutum da-  
re: tamen satis esse si offerat dotis quantita-  
tem. Sed alioqui satis non explicant, quod  
hoc toto in genere queritur. Est illa qui  
dem iusta conuentio, ut si ad die pecuniam  
non soluat debitor, possit creditor pignus  
uel alterius uendere, uel etiam sibi emptum  
iusto precio habere. Ceterum, ut creditor  
non tam iusto precio pignus acquirat, quam  
pro ipso debito habeat, si ad diem pecunia  
non reddatur: id uero durum & iniquum  
est. Nam & multo maioris pignus esse so-  
let, quam id sit, cuius nomine datur: & sic  
plerumq; ut qui pecunia opus habet, nul-

l. si fundus.  
§. ult. de  
pignor.  
L.ulti.de  
cöt.emp.

l. 45. quam-  
uis. de so-  
lut.

lam non sibi legem dici patiatur ( quid enim non cogit egestas? ) præsertim si dies illi aliqua indulgeatur, intra quam sepe patrere conditioni posse, & rem suam luere libe-

I. si prediū.  
C. de euict. berareq; bene speret. Posset sane rem,  
I. cum do- quam pignori dedit, in solutū dare pro de-  
minam. C. de pignor. bito: ut & uendere suo arbitrio, & libera  
liter etiam gratisq; donare posset. Quidni  
enim possit de re sua, quod uelit, statuere?  
At qui pactionem illam commissoriam  
ita init, ut si ad diem non soluat, pignus pro  
debito creditor i relinquit: minime hoc uel  
agit uel cogitat, ut uendat. Imò uero, quia  
ad diem soluere posse sperat, talem sibi legē  
dici non recusat. Sed quia plerumque spes  
fallax est ( ut ille dixit ) dea:magna infi-  
licium debitorum captio eſſet, si talibus eos  
commissorijs pactionibus illaqueari patia-  
mur. Cæterū ut eas in pignoribus pro  
pterea Constantinus inutiles eſſe uoluit: sic  
eum quoq; modum seruanit, ut interea ta-  
men creditori commune ius pignoris non  
ademe,

ademerit: ut salte is possit cessante debitorre, pignus, ut fieri recte solet, uendere. Certè ius crediti integrum manere, sublato illo commisso, nominatim ait Constantinus. Sed quod ad rem commissoriam attinet, profitetur hanc suam legem cum præteritis præsentia quoq; repellere, & prohibere futura. Solet quidem lex tantum ad negotia futura, non præterita referri. Quod & Cicero contra Verrem scribit. Sed is fateatur eodem loco, ad præteritum quoq; tempus pertinere posse, si de re turpi agatur, ut etiam si lex non esset, magnopere illud uitandum fuerit. At pactum illud, de quo agit Constantinus, neq; honestum, neq; iustum fuisse, palam est: & fuerat iam antea ab ipso quoq; Alexandro Imp. reprehensum: ut mirari non debeamus, Constantium suam prohibitionē ad præterita quoque hæc pacta commissoria, & ipsa iam commissa trahere: præsertim cum nullum creditoribus damnū inferat, sed iniquum

lucrum tantum auferat. Excipi fortassis ea possent, quæ iam uel transactione finita sunt, uel iudicis sententia decisa. Hæc enim iam proprio quodam iure suo nituntur. Porro & illud huc pertinet, quod idem Constantinus augens pœnam plagiario- rum noua quadam sua constitutione: tan- tum eos eximit, qui iam iudicati erant, & ueterem pœnā subierant: ut intelligamus alioqui nouam, quam statuit, pœnam per- tinere etiam posse ad uetera & præteri- ta aliorum plagiariorum crimina, de qui- bus nulla adhuc esset lata sententia. Con- stantinus suam illam de pacto commisso- rio, & eius iniquitare iustissimam legem e- didit altero post Nicænum concilium an- no. Cæterum paulo ante legem tulerat de usuris: quam quidem ut Nicænius parib. uix placuisse, aut probari omnino potuisse puto: sic facile patior, ab Iustiniano suum Codicē colligēte esse prætermissam. Si quis tamen eam desiderat, extat lib. I. Cod.

Theo.

Theodosius in hac uerba: Quicunqz fru-  
ges humidas uel arentes indigen-  
tibus mutuas dederint, usuræ no-  
mine tertiam partem superfluam  
consequantur: id est, ut si summa  
credit*i* in duobus modijs fuerit,  
tertium modium amplius conse-  
quantur. Quod si conuentus cre-  
ditor, propter commodum usura-  
rum, debitum recipere noluerit:  
non solum usuris, sed etiam debiti  
quantitate priuandus est. Quæ  
lex ad solas pertinet fruges. Nam  
pro pecunia ultra centesimas fin-  
gulas creditor uetatur accipere.

Justinianus scribit, ueteres leges non so-  
lum in contractibus traiecticijs, sed etiam <sup>I.eos. C.de</sup>  
cum species fœnori darentur, maiorem cen-  
tesima usuram stipulari permisisse. Quo-  
rum fuerint eae leges, non narrat. Nam &  
earum memoriam, non minus quam uim  
& usum, exolescere facile patitur. Ne quis

tas tamen statim Constantino ascribat:  
multis ante eum annis Philippus Imp. qui  
tamen Christianum se fingebat, rescripse-  
rat, Oleo uel quibuscumque fructibus mu-  
tuo datis, incerti precij rationem suasisse,  
ut additamenta usurarum eiusdem mate-  
riæ admitterentur. Cæterum qua fini, &  
ad quem usque modum admitterentur,  
Constantinus expressit: quanquam credi-  
toribus plus æquo indulgere uideatur, &  
infelices debitores onerare. Itaque nec illud  
placuit posteritati. Sane Iustinianus in  
quadam sua Nou. const. xxxi & xxxii  
permisisse saltē uidetur, ut qui mutuo  
fruges daret agricolis, octauam earum par-  
tem usuræ annua nomine stipuletur. Ea  
paulo etiam maior centesima est: & tamē  
in hoc genere ualde se fauere agricolis pro-  
fitetur. Fauet certè in eo, quod si pecunia  
detur, non nisi uigesimam quartam eius  
patrem usuræ nomine quotannis eos pen-  
dere iubeat, quæ nō multo maior est usuræ  
triente.

triente. Sed cur in frugibus partem octauam? Certe propter incerti precij rationem, magis interesse creditoris, ueteres iudicarunt. Porro Constantinus alia lege l. si pro au-  
 statuit, non modo pro pecunia numerata, ro. C. de  
 sed & pro ueste, licitas usuras & stipulari-  
 nos posse, & promissas solui debere. Atq;  
 illud quidem tolerabilius est, quam quod  
 paulo ante Diocletianus rescriperat, loco l. si pro mu-  
 pecuniae numeratae alias species aestimatas tua. C. de  
 mutuò dari posse, eiusq; aestimationis tan-  
 quam sortis usuras promissas peti. Durum  
 id profecto & acerbum esse uidetur. Ve- l. rogasti.  
 teres Iurisconsulti fatentur, mutuum con- Sic cert. pet.  
 tractum uideri, si speciem tibi aliquando  
 ut eam uēdas, & ex eius precio proficien-  
 tem pecuniam habeas mutuam. At cap-  
 riosum esse uidetur, & iniquum, non mo-  
 do uelle contractum mutuum intelligi, sta-  
 tim atq; res aestimata data est, etiam si nō-  
 dum uendita sit: sed etiam usuras statim de-  
 beri, perinde atq; si pecuniam debitor iam

accepisset. An tales conuentiones compre-  
barit Constantinus, equidem certo adfir-  
mare non possum. Certe Nicenis patrib.  
non potuisse approbari existimo. Ac illi  
quidem ualde damnarunt clericos, qui u-  
suras exigerent, quas appellant  $\text{ημιολί}$ -  
 $\alpha\epsilon\sigma$ : uulgo interpretatur sesquicentesimas,  
quas certe ne ueteres quidem Romane le-  
ges tolerabant. nam ad summum tatum  
centesimas tolerabant. Quid uero si inter-  
pretetur  $\text{ημιολίας}$  hoc Niceno decreto  
damnari, quas superior Constantini consti-  
tutio admittebat? nempe, ubi usuræ nomi-  
ne tertiam (ut loquitur) partem superflu-  
am creditor exigit: ueluti pro duobus mo-  
diis frumenti, tres. Nam &  $\text{ημιολορ}$  &  
sesquiplum hoc significat, nempe assēm, &  
semissem præterea: hoc est, totū quoddā,  
& præterea eius dimidium. Quod quidem  
in fructibus mutuo datis interdum exige-  
batur, nō propriè tanquam usura, sed con-  
fusa ut auctior modus. Quanquam Nica-  
nasy-

na synodus in uniuersum clericos suos renocet ab omni fæneratione turpi: quā quidem & ab reliquo populo Christiano alienam esse uelim: usurpas tamē legitimas, ratione eius quod interest, ad eum exigi modum, quē Iustiniani cōstitutio præscripsit, uix quisquam prohibere potest, qui rationem commerciorum & usum non interturbet. Verū id alias uiderimus.

Sanè Constantinus, cum etiam in illa Nicæa synodo uersaretur, (neq<sup>z</sup> enim rerum ciuilium propterea curam abiecerat) prudentissime edixit, nec esse tolerandas, nec ratas fore causidicorum pactiones, qui quidem ex ijs quæ tuenda suscepereunt negotijs, certam aliquam partem sibi dari stipulantur. Dignos potius esse tales litium redemptores, qui & foro ejiciantur, & ab officio postulandi remoueantur. Qua quidem in re securus est prudentū ueterum responsa. Nam & hi non esse ferendum iudicarunt, ut causa patronus, certa aliqua

l. si qui ad-  
uocatorū,  
C. de po-  
stulat.

l. nequic-  
quā. §. cir-  
ca aduoca-  
tos. de offi.  
Procons. l.  
sumptus.  
de pact. l. si  
remunerau-  
di. §. ult. &  
le. seq.  
maud.

litis

litis parte in euentum iudicij collata, & ea  
 conditione promissa redimatur: uel tali le-  
 ge suas operas ut ille locet. Viderunt enim  
 eam fore quandam ad fraudes & calum-  
 nias tanquam illecebram. Quid enim frau-  
 dis non excogitabunt, quid non faciet cau-  
 sidici, quorum & salaryum & spes tota ex  
 euentu litis & uictoria pendet? Sed & si  
 non paciscantur certam quandam sibi da-  
 ri partem eius quod ex lite euinci poterit:  
 sed lite iam mota & adhuc pendente, de  
 suo simpliciter salario pacium cum litiga-  
 tore aliquod interponant: inutile id erit.  
 Metu enim potius à litigatore extortum,  
 quam aut conuentum, aut liberali uolu-  
 tate promissum esse uidetur. Quid enim  
 ille, qui iam in aduocati sui magis quam in  
 sua potestate est, stipulanti patrono mega-  
 re auderet? Ante litem motam, uel post  
 cogn.i. §. C eam iam finitam, potest causidicus de suo  
 de pact. I. quisquis. salario pacisci. Sed iure prohibetur, cum  
 C. de po-  
 stul. adhuc illa pendet.

Ut autem conuentiones iustas obseruari, iniquas uero rescindi atq; infringi, sic & donationes diuidicari noluit Constantinus. Extat eius constitutio, edicentis, donationem cum suis pactis, quæ quidem legitima honestaq; sint, esse obseruandam. Idq; etiam suprà ostendimus, cum de donationibus propter nuptias, uel inter sponsum atq; sponsam contractis ageretur. Quid igitur, si ingratus sit is, cui liberaliter donatum est? Ingratum nunc appellamus, qui non modo gratiam non habet, uel refert, sed etiam pro beneficio maleficium rependit. Romanæ leges tam indignum accepto beneficio esse iudicant, ut hoc illi adimāt, & actionem ingrati aduersus eum dent. Eas Constantino placuisse dubium non est, cùm quidem & ingrato liberto libertatem auferendā esse iudicarit. Sed singularis quædam exceptio atq; moderatio extat, quæ Constantino, aut eius certè filio Constantio ascribitur: ut matri, quæ secundis nuptijs contra

I. his solis.  
C. de reuo.  
donat.

contractis & incontinētiae significationem  
 dare, & filijs prius suscep̄tis iniuriam fa-  
 cere uidetur, non temere aduersus filios, si  
 forte ingrati sint, actione illa ingrati conce-  
 Iustin. nou. datur. quanquam Iustinianus fortasse it-  
 constit. 22. stius deinde statuerit, neq; tantum huic ma-  
 tri decrahendum, neque filijs illis tantum  
 esse propterea indulgendum. Sed reli-  
 qua audiamus, ubi matris est integrū actio-  
 ne ingrati, donationem rescindere, adieclū  
 est, quod alijs donatoribus etiam commu-  
 ne est, rescindi ab eo demum die, quo actio  
 hæc mota est: ut intelligamus, fructus ante  
 perceptos non restitui: neq; quod ex rebus  
 donatis sine fraude in aliū iam translatū  
 fuerit, aut bona fide alienatum, posse reno-  
 cari. Quid præterea? Hanc (inquit) <sup>inquiunt</sup>  
 actionem matris ita personalem esse uolu-  
 mus, ut vindicationis tantum habeat effe-  
 ctum: nec in hæredem detur, nec tribua-  
 tur hæredi. Nouacerte & insolens his  
 ius actionis conduo est. Tam esse dicitur  
 person-

personalis, ut non modo possessorem rei non sequatur, sed neq<sup>z</sup> ad hæredes uel donatoris uel donatarij pertineat. Quem igitur vindicationis effectum, qui illi nihilominus tribuitur, habere potest? In ea saltem aliquem habet, quod extorqueat quicquid ex re ipsa reliquum ingratus donatarius habet. Multæ sunt aliæ de donatione leges Constantini, quas non describo, quia nullam interpretis operam requirunt. Sed illud dissimulare non possum, Constantinum, priusquam donationem perfectam esse pronunciet, eiq<sup>z</sup> uim obligationis tribuat, multa desiderasse uideri, quæ tamen postea Iustinianus remisisse uideatur.

Dixi de conuentionibus, quæ inter uiros inueniuntur. Proximum est, ut de ultimis uoluntatibus aliquid dicamus: sicuti & de utroq<sup>z</sup> Iuris ciuilis summocapite Constantinus leges edidit. Ac in primis quidem illa eius occurrit constitutio, Supre l.i. C. de sa  
mæ uoluntatis liberum stilum esse debere: crof. Eccle.  
¶ li-

& licitum, quod iterum non reddit, arbitrium. Dixi hac tota de re latius, cum il lam explicarem XII Tabularum legem. Ut quisque legassit, ita ius esto. Sed hic prætereundum non est, quod Eusebius scripsit, Constantinum sublatis qua runderam ueterum formularum angustijs, liberiorem facilioremq; testamenti facien d rationem reddidisse. Quæramen hac de

1. quoniam. re leges extant, filiis Constantini ascribuntur. C. de testa. C. in legatis. Itaq; plura nunc de ijs non dicam. C. de lega. Cæterum illam nemo negat Constantini no lulti. C. Fa mil. ercisc. stri constitutionem esse, ut patris, bona sed inter liberos diuidentis, uoluntas rata sit: eamq; liberi obseruent, tametsi ab intestato succedant. Sed neque, ut diuisionem illam aut conuellant, aut infringant, causari posse imperfectum fuisse testamentum, in quo prescripta est. Et qua tandem illi fronte pa trem familie sue erciscundæ arbitrum re cusbunt? Sed recusent licet: Constantinus ramen hoc arbitriū patri defert, & quod adfra-

ad fratribus quoque concordiam cuendam  
pertinere iudicat, constanter tuetur. Lau-  
dat eos testatores Papinianus, qui ut di-  
scordijs propinquorum sedandis prospiciat,  
quas communio excitare solet, bona ipsi sua,  
quæ ijs relinquunt, etiam diuidunt. An  
non multo etiam magis Constantinus fa-  
ueret paternæ diuisioni, fraternæ concor-  
diae rationibus proficieni atq; consulenti?

Quid Receptum Scæuola quoq; iudicium  
fuit, confirmantis uoluntates testatorum,  
aliquam inter hæredes bonorum commu-  
nionem imperantium. At multo profecto  
magis præceptum diuisionis obseruandum  
est. Quid uero Iustinianus propterea etiam  
statuerit, Constantini secutus, ex duabus  
eius Græcis constitutionibus, x viii &  
cvii, facile intelligi potest: & de ijs suo  
quoq; loco dicemus.

Inter testamentarias Constantini leges,  
duæ in primis, quæ ad querelam in officiis  
testamenti pertinent, considerandæ sunt:

"      qua-

I. cū pater.

§. dulcissi-

mis. de le-

ga.2.

I. ult. §. Lu-

cious. de le-

ga.2. I. Lu-

cious. Ad

Trebell.

quarum altera de veteri iure aliquid immutat, altera iure novo non nihil immuta

l.1. de inoff. tur. Primum constat, fratribus saltem &

l. fratrib.

C. cod. sororibus exhaeredatis permisum fuisse, de inofficio quo: neq; in hac causa distinguebantur fratres uterini à consanguineis.

Constantinus, cum liberaliores esse uellet testatorum uoluntates, praesertim ubi neq; liberis neq; parentib. iniuria fieret, iniquum

esse iudicauit, tantundem tribui fratribus omnibus atq; sororibus, cum quidem alio qui nihil hic tribueretur reliquis cognatis,

l.27. C. de ac ne fratum quidem filijs. Itaque edixit, inoffic.

uterinis fratribus uel sororibus exhaeredatis, aut præteritis, de inofficio queri non licere: consanguineis cum demum licere, si alijs scripti sint haeredes turpes.

Vale-  
rius Maximus narrat, Pompilium quendam Reginum testamento fratri turpi-  
ter præteritum, noluisse tamen de inoffici-  
oso agere: et si ijs in testamento postposuer-  
eisset, quorum alioqui prælatio poterat igno-

minio-

miniosa uideri. Hic uero Constantinus uoluit, ut tum saltē, si uellet, agere posset, si modo consanguineus esset. Olim Paulus, cūm de parente manumissore ageretur, Paconum dixisse ait: Si turpes personas, ueluti meretricem, à parente emancipatus & manumis̄sus hæredes fecisset, toto rum bonorum possessionem parenti dari: aut constitutæ partis, si non turpis hæres esset institutus. Huius distinctionis ratione quodammodo secutus in fraterna querela Constantinus uidetur: Et fratri consanguineo hoc reliquit, ut si turpibus personis hæredibus scriptis ex hæredetur sine iusta causa, agat de inofficio. Nam & tum non solum inofficium, sed & improbum, ut Cicerο ait, testamentum est. Cæterum amicos, si honesti sint, fratribus etiam consanguineis præferre in testamento nos posse, statuit Constantinus. Nam & plerumq; amicos habemus fratrum loco, ut iurisconsul-  
 i quoque ueteres facentur: Et de nobis me-  
 l. 3. Si. à par.  
 quis manus  
 l. nemo dubitat de he  
 red. instit.

lius saepe merentur, & nos ipsi pluribus be-  
neficiis obstringimur.

Porro in eadem illa sua constitutione  
Constantinus adiecit, dari quoque querelam  
in officiis ex heredatis fratribus consanguini-  
neis, si ipsi prelati, heredesque scripti sint lib-  
erti, perperam & non bene merentes, ma-  
ximiisque beneficiis patronum suum affec-  
ti. Iis utitur uerbis Constantinus, quae in so-  
lens & durum dicendi genus continent: sed  
hoc tamen significant, quod elegantius o-  
lim dixisse videtur M. Tullius. Is quodam  
loco ait, etiam ueras hereditates non ho-  
nestas uideri, si sunt maliciose blanditiis,  
& officiorum non ueritate, sed simulatione  
quaesitæ. Ergo si libertus talibus non  
tam beneficiis, quam inani beneficiorum  
simulatione, obsequiis, munusculis, assenta-  
tione, & captiosis huius generis illecebris  
callide patronum sibi conciliat, ut hac arte  
in eius testamentum irrepat, & patroni  
fratrem depellat: iniuriam ferendam non  
esse,

esse, Constantinus indicauit. Aliam esse causam necessary serui instituti facetur. Hunc instituere solemus, cum alioqui hæreditas damnoſa futura eſt, nec alium voluntarium hæredem facile inueniremus. Hic certe frater magis ſibi gratulabitur, quam conqueretur, præteritū ſe eſſe. Tum enim utile eſt ex hæredari.

Altera Constantini constitutio de hac I.28.C.de querela eſt hæc: Liberi de inofficioſo " inoffic. querelam contra testamentum pa- " rentum mouentes, probationes " debet præſtare, quod obsequium " debitum continuè, prout ipsius " naturæ religio flagitabat, paren- " tib. adhibuerint: niſi hæredes scri- " pti ostendere maluerint, ingratos " liberos contra parentes extitiffe. "

Ergo Constantinus hoc hæredibus re- linquit, ut ab ex hæredatis liberis, qui de inofficioſo queruntur, innocētiae, & officiorum probationes requirere poſſint. Dura

sane & difficilis necessitas, conditioq<sup>z</sup> probat<sup>z</sup>ionis. Et quando tandem filius probabit, nullum se officium, quod patri debeatur, prætermissee? Hanc igitur Constantini legem, Iustinianus non uidetur recepisse. Nam Nouel. constitut. c x v. deixit, ex hæredationis iustam certamq<sup>z</sup> causam ab ipso testatore exprimi debere, & ab hærede scripto probari. Ergo si filius de inofficio agat, si quidem filius esse negetur, filium se esse probabit. Hæres, si ingratum esse dicat, non solo patris testimonio utetur, sed & alijs probationibus id confirmare debet. Iustas autem ex hæredationis causas eadem illa sua constitutione Iustinianus etiam enumerat. Sed nos Constantinū nunc persequimur. Ac multa quidem, quæ illius sunt, etiam præterimus, cum nullum est moræ nostræ uel operæ premium. Sed nondum hereditarias eius leges complexi omnes sumus: quas profecto complecti, atq<sup>z</sup> etiam explicare debemus. Nam de successione

sione & hæreditatibus extat lex quædam  
Constantini, quæ miseros in schola interpre-  
tes ualde torquet: & est certè tam breuis,  
ut sit etiā obscura & difficilis, ijs quidē qui  
alias Iurisprudētiae Romanae leges non igno-  
rant. Nam ignorātib. qui nulla de re dubi-  
tant, posset nō obscura fortasse uideri. Ait: <sup>I. ult. C. qui</sup>  
<sup>admitti.</sup>  
Qui se patris post auum intestato  
defuncti negat hæredem, mortui  
auī paterni suscipere facultates nō  
potest, maximè emancipatus: nisi  
per bonorum possessionē ad hu-  
iūsmodi beneficium peruererit.

Primum illud uideamus, an nepos au-  
tam hæreditatem repudiare posſit, & pa-  
ternam nihilominus retinere. Tum ediuer-  
so deinde quæremus, an hāc omittere pos-  
ſit, & illam consequi. Paulus ait: Si fi- <sup>1.7. de ac-</sup>  
lius, priusquam sciret se necessarium exti-  
tisse patri hæredē, deceſſerū: reliclo filio ne-  
cessario, permittendum est nepoti, abſline-  
re se aui hæreditate, quia & patri eius

idem tribueretur. Intelligit Paulus, simul huic nepoti permitti, repudiata aui hæreditate retinere paternam. Summo quidem iure hanc cum illa cōmixtam confusamq;<sub>z</sub> uideri posse propter ius sui, & ita patrimonium unū factum eſſe, quod separari non possit. Sed quandiu filius ſeſe bonis hæreditarijs non immiscuit, ut hic proponitur ſeſe ijs minime immiscuisse, cūm nesciret quidem delatam ſibi eſſe hæreditatem: Prætor benignè interpretatur, non omnino hæredem extitisse. Quis iſo mnino hæres fuifſet, ueluti ſi ſe bonis ſciens immiscuifſet: certe ut ei integrum deinde non eſt abſtinere, ſic multo minus erit nepoti, auitā à paterna hæreditatem separare, ut illa abſtineat, hanc retineat. Itaq;<sub>z</sub> & Paulus subiicit eodem loco: In omni ſucceſſione, qui ei qui hæres ei extitit, qui Titio hæres fuit, Titio quoq;<sub>z</sub> hæredem uideri eſſe: nec poſſe Tuſſi omittere hæreditatem. Hucq;<sub>z</sub> etiam pertinet, quod, cūm filio impuberi hæredi ex aſſe insti-

se in instituto substitutus quis fuisset: extitissetq<sub>z</sub> patri filius hæres; & quereretur, an posset substitutus separare hæreditatē, ut filij habeat, patris non habeat: respōdit Ul  
 pianus, nō posse: sed aut utriusq<sub>z</sub> debere hæ  
 reditatē habere, aut neutrius. In etā enim  
 hæreditatem esse cœpisse. Idemq<sub>z</sub> esse, & si  
 pater me quoq<sub>z</sub> simul hæredē scripserit ex  
 parte, & filiu ex parte: nam si patris hæ  
 reditatē repudiauero, non posse me filij  
 hæreditatem habere. Sane beneficium ab  
 stinendi, quod filio datur, non dari substitu  
 to, alicui præsertim ex iraneo, ut hæredita  
 te testatoris abstineat, habeat tamen pu  
 pillarem, Iauolenus, & Iauoleni discipulus  
 Julianus responderūt. Sed Papinianus hoc  
 saltē tribui substituto, si & ipse filius sit,  
 & fratri suo sit substitutus, recte iudica  
 uit: & in uniuersum æquius esse utiliusq<sub>z</sub>  
 Marcellus notat. Sed hoc ad summum di  
 ci potest, ubi nulla immixtione tanquam  
 aditione omnino commixtae sunt hæredita

1.10. §. 2.de  
 uulg. &  
 pup.

1.28. de reb.  
 auct. iud.  
 poss. l. 42.  
 de acqui.  
 hæred. l. 12.  
 de uulg. &  
 pupil.

res. Alioqui uix est ut separatio ulla con-  
cedatur.

Nunc alterum uideamus, quod ad Con-  
stantini constitutionem proprius accedit:  
an etiam ediuerso posset nepos autam ha-  
reditatem consequi, repudiata paterna?  
Certe si illa, quam dixi, commixtio fuerit,  
separatio concedi nulla potest. Si filius ipse  
abstineat delata hæreditate, uix est ut iure  
ciuili nepos ex eo admittatur, cum neq;  
in  
L. I. 5. scien-  
dū. de suis  
& legit.  
suis neq; in agnatis successio sit. Sed ex Pra-  
toris edicto successorio, quod & emancipa-  
tis liberis commune est, admitti facilius po-  
terit. Quid si filius neq; se immiscuerit, ne-  
que etiam abstinerit, & ita mortuus sit?  
Certe nepoti ex eo difficile est, abstinenti pa-  
terna hæreditate, concedere autam, cum  
quidem ad hanc ex persona tantum sui pa-  
tris pertingere possit: ut patris sui magis  
quam aut hæres esse uideatur. Si itaq;  
patris esse nolit, quomodo auti esse poterit? Sed  
uidendum est, ne hic benignè Prætor ali-  
quando

quando concedat nepoti facultatem absti-  
nendi paterna, sic ut auitam tamen conse-  
quatur, tanquam hæres adhuc patris sui  
quodammodo sit. Sane si hic nepos in testa-  
mento avi hæres eſſet institutus, dubium  
non eſt, quin ex testamento auitam conse-  
qui poſſet: et ſi paternam, quæ aliunde ob-  
uenit, reiſciat. Ac memini ſane, in quo-  
dam Gordiani Imp. rescripto fieri mentio-  
nem nepotis, qui cum avi hæreditate testa-  
mento delata abſtinuiſſet, in integrum pro-  
pter ætatem minorem reſtituti, ut eam adi-  
re adhuc poſſit, repudiata nihilominus pa-  
terna ſucessione. Quo in genere ſi loqui in-  
telligatur hæc quoq;<sub>z</sub> Constantini conſtitu-  
tio, non ualde diſſicilis eius eſſet ratio.

Ut uero tandem ad leges iudiciorum  
actionumq; forenſium ueniamus, in quib.  
nis tota legum aliarum, atq;<sub>z</sub> adeo Reip. Sa-  
lūſ ſita eſt: Constantinus nihil in hoc quoq;<sub>z</sub>  
genere omiſit, quod deſiderari poſſe uideba-  
tur. Ac ut taceam, eius conſtitutiones de  
officio

l.2. C. Si mi-  
nor ſe ab-  
ſti. hæred.

officio singulorum Magistratum, deq<sup>b</sup> eorum contractibus, & causidicorum pactiōnibus captiosis, quod iam ante dictum, nihil hic repetam nunc occurrit, quod de or.  
l.ulti.C.de dīne iudiciorū statuit, ut de criminē quām  
ordi.iudic. de ciuilicā p̄iūs cognoscatur atq<sup>b</sup> prōnuncietur. Quanquam id neque omnino  
perpetuum sit, neque etiam à Constantino  
primum proditum. Nam & olim rescri-

l.37.si de p̄ferat Thessalonicensibus Adrianus Imp.  
ui. de iudi. ut si de ui & possēsione queratur, p̄iūs  
de ui quām de proprietate rei cognoscatur.  
Quid? Olim quoq<sup>b</sup> Romæ iudicium de ui  
tractabatur ante alias omnes, etiam crimi-  
nales, atque adeò tempore priores, causas.  
Quod ex quadam ad Ciceronem Cæli ep̄e-  
stola facile intelligi potest. Cicero etiam  
in libris de Inuentione, agens de quæstione  
translatiū status, narrat quēdam, cui ma-  
nus gladio præcisa fuerat, perijisse liberā in-  
iuriarum actionem, sic ut p̄iūs reum iniur-  
iæ accusare, deinde de dāno agere posset.

Reum

Reum uero obiecisse, id iudicio recuperatio non conuenire, ut prius de iniuria, quam de damno agatur. Sed quia iudiciorum ordo non tam perpetua aliqua lege continetur, quam ex cuiusq[ue] fori moribus repetendus est, in eo diutius non haberebo.

Ceterum quam ualde rem iudicariam curarit Constantinus, uel inde intelligi potest, quod hanc curam ne tempore quidem Nicæni concilij intermisserit. Nam non modo tunc de usuris legem, cuius antea minister edidit: sed illud etiam statuit, ut qui causæ continentiam (sic enim uocat) diuidere uellet, non audiretur: neq[ue] à Principe postulandum esse, ut alius possessionis, proprietatis alius iudex daretur. Id prudenter statutum fuisse, ut multæ tergiuersationum ambages præciderentur, & litibus facilius citiusq[ue] finis imponeretur, quod Reipub. salus postulat, nemo non uidet. Eodem illo anno & sapientissime & huminissime edixit, moratorium quidem præscri-

l.z.C.de  
iudic.l.z.C.de  
precibus  
Imp. offer.

scriptionem rescripto Principis cōcedi posse: peremptoriam uero, quae totius negotijs cognitionē tollit, & uires principalis negotijs exhaūrit (sic enim loquitur) neq; dari

*l.3. C.de  
prec. Imp.  
offer.* neq; remitti posse. Nimis enim graue in eo fore alterius partis dispendium. In uniuersum aliquando rescripsérat aequissimus hic Princeps, postulari non oportere, quae Iuri contraria sunt. Alterius itaque ius suo rescripto uel tollere, uel perimere sine iusta causa neq; uoluit, neq; debuit: neq; si ne iniuria potuisset. Audiebat, quod paulo ante Diocletianus ipse responderat:

” Non est moris nostri, in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere. Non erat tam barbarus Constantinus, ut in eo

*l.2. de his  
qui sui sunt* genere constantis iusticie atq; aequitatis, ab uel alie illo uinci se pateretur. Meminerat, ipsum quoq; Antoninum rescrīpsisse, Principis mandato nemini ius suum detrahi oportere.

*l.12. sed cū.  
Ad Trebel.* re: & illa quoque Papiniani uox occurrerat, Beneficium cum alterius iniuria postulari

lari non debere. Certe qui ius cuique suum reddit tam constanter uoluit, atq; ut redde-  
retur, nihil nō semper fecit: nisi si naturam  
exuisset suam, neque huius iusticiæ obliu-  
sci, neq; tam constantem & perpetuam uo-  
luntatem mutare potuisset.

Defendat, si possit, suam σεισάχθει-  
αρ Solon. Romani, quod uolent, prætexāt  
nouis suis tabulis: iniuriam tamen ius esse  
nunquam mihi persuadebunt. & ipse ijs.  
Cicero reclamabit, nullam esse posse diutur-  
nam Rempub. nisi sit rerum creditarum  
necessaria solutio. Hanc igitur fidem re-  
tineri, atq; adeò potius astringi uoluit Con-  
stantinus. Neq; tamē tam durus rigidusq;  
fuit, quin aliquando iusta ex causa morato-  
rias (ut uocat) siue dilatorias perscriptio-  
nes miseris debtoribus beneficio Principis I. 2. C. de  
dari recte posse, benignè iudicarit. Quo iu-  
re & nos utimur, atq; uinam non abuta-  
mur etiam. Nota est illa Iurisconsulto-  
rum uox, non esse damnum magnum in  
mora

mora modici temporis. Valde itaq;<sub>3</sub> morosi,  
atq;<sub>3</sub> adeò acerbi essent creditores, si con-  
querantur, & indignè ferant, quod laxio-  
rem aliquem diem soluendi, quē ipsa hu-  
manitatis ratio postulat, & reis quoq;<sub>3</sub> con-  
demnatis dari lex uoluit, infelici debitori  
ex causa tribuat aliquādo humanus Prin-  
ceps. Sed iustam profectō eius beneficij cau-  
sam esse uellem, ueluti casum aliquem, qui  
inopinatēm debitorem, cuius nulla alioqui  
est culpa, oppresserit: neque facile praeuider-  
ri, aut aliqua cautione depelli potuerit.

Iulius Cæsar disiecta nouarum tabulariū  
expectatione, uidetur olim obēratis diem  
tamen ad soluendum dedisse, & (ut loquitur  
Cicero) dieculam duxisse, sive produ-  
xisse: & tamē in eo ipso iudicat Cicero mul-  
tum eſe mali. Verum nimis acerbē for-  
tasse exagitat Cæsarīs beneficium.

Illud quoque ad constituendum iudici-  
orum ordinem, eorumq;<sub>3</sub> uim sanciendam  
pertinet, quod Constantinus tam continen-  
tes

tes esse litigorum manus, tamq<sup>ue</sup> & religiose & patienter iudicis sententiam eos expectare uoluerit, nihilq<sup>ue</sup> interea quicquā attentare, ut edixerit, Quo magis u- l.4. C. Fin.  
 nus quisq<sup>ue</sup> contētus suo, rem non " reg.  
 expectet iuris alieni, eum qui mo- " "  
 ta de finib<sup>us</sup> questione, non expe- " "  
 cta sententia, uoluerit rem sibi " "  
 alienam usurpare: non solum id " "  
 quod malè petebat, amittere, sed " "  
 & præterea tantum agri modum, " "  
 quantum adimere tentauit. " "

Complura sunt huius generis Rom. prin- l. extar.  
 cipum rescripta, ut uim omnem, qua nihil Quod me.  
 est iuri contrarium magis, coerceant. cau. l. si  
 quis in tan-  
 tam. C.un-  
 de ui.  
 Sed hunc locum, in quo Constantinus ma-  
 gis secutus alios est, quam alijs ipse præie-  
 rit, nunc mitto. Non omittam tamen, l. iurisuran  
 quod repetito ueterum iudiciorum more di. C. de  
 statuit, testes iurisurandi religione cōstrin-  
 gendos esse, priusquam testimonium dicant. testib.  
 Cicero pro Roscio Comœdo contendit, testi-

iniurato non minus quam iurato credendū esse. Sed hoc, ut causæ & foro seruiat, facit. Idem certè pro Corn Balbo, morem etiam ueterem fuisse Græcorum scribit, ut postea quam quis testimonium dixisset, iurandi deinde causa ad aras accederet.

Sed maior meliorq; eſe uidetur cautio, ut antequam dicatur testimonium, iuretur. Neq; dubito, quin legitimam etiam iuris-  
iurandi formulam Constantinus requisi-  
rit: ut iuretur per æternum Deum, rerum  
omnium consciū, & tam seuerum falsi  
iustumq; ultorem, quam ueritatis conſan-  
tem uindicem & assertorem. Ad hanc  
nempe aram, eius animum, qui testimo-  
nium dicturus effet, attolli debere, Constan-  
tinus religiose intellexit. Adiecit etiam, ut  
honestioribus potius fides testibus adhibere-  
. tur: neq; ullius, quantumuis illustris uiri,  
si solus sit, testimonio adhibeatur. Sed  
huius generis dictis, quæ uulgo quoque no-  
ta, & iam protrita sunt, pleni sunt legum  
Romanarum

Romanarum libri: nihil ut sit necesse, in ijs  
diutius nos immorari. Illud nouum ma-  
gis in iudicis & insolens est, quod libro un-  
decimo Codicis Theodos. quædam propona-  
tur Constantini constitutio: ut primum qui  
dem iuxta regulas iuris, ab actore proba-  
rio exigatur. Sed si eam is præstare nō pos-  
sit: secundo saltem loco reus, qui rem possi-  
det, probare, unde & quo iure possideat, co-  
gatur.

Non retulit hanc legem in suum Codi-  
cem Iustinianus. neq; sane ea aut proba-  
se aut recepisse videatur, abhorretem ab iu-  
re communi. Nam & ipse ediuerso docuit,  
commodum possidendi in eo esse, ut actor,  
non etiam reus possessio, oneretur probatio-  
nis necessitate. & ante Constantinum ni-  
hil frequentius alij Cesares tradidere.

Omitto, quod Antoninus duobus id rescri-  
ptis confirmavit: non ne Diocletianus ipse  
paucissimis ante Constantinum annis, illud  
ipsum satis superq; inculcarat? Actor (in-

quit) profitendo probare se non posse quod  
 1. acter. C. assuerat, reum necessitate mōstrandi con-  
 de probat. trarium non astringit. Item: Frustra uere-  
 1. frustra. C. mini, ne ab eo qui lite pulsatur, probatio e-  
 de probat. xigatur. Item: Res alienas possidens, licet  
 iustam tuendi causam nullam habeat, non  
 1. ulti. C. de nisi suam intentionem implenti restituere  
 rei uindic. cogitur. Est quidem singularis unus a-  
 pud eum locus, in quo Iuris præsumptio (ut  
 appellatur) probādi necessitate reum pos-  
 1. siue possi-  
 detis. C. de sefforem onerat, actorem exonerat. Sed  
 probat. eius singularis iuris & tanquam priuile-  
 gij causa obscura non est. Filij hæredes uin-  
 dicabant prædium quoddam paternum,  
 quod eorum frater, sed antea emācipatus,  
 & à patre exhæredatus, uel etiam testa-  
 mento præteritus, possidebat. Paternū fu-  
 isse probabant. Suum aliter esse probare  
 non poterant. Posseffor contendebat, sibi à  
 patre donatum esse inter uiuos. Non erat  
 id ualde uerisimile. Eius ergo donationis  
 probationem requirit Diocletianus: quod  
 alioqui

alioqui res in dubio magis esse filiorum facta.  
hæredum crederetur. Sed interea commu-  
nem Iuris regulam non conuellit: neq<sup>z</sup> Con-  
stantino, cur eam in uniuersum conuellat,  
causam relinquit. Rata igitur maneat.

Porro cum de actionibus iudicisq<sup>z</sup> agi-  
tur, prætereunda illa non est singularis lex  
Constantini, edicentis iustas etiam fisci accli-  
ones, ob hoc solum, quod suis temporib. non  
sunt prolatæ, cremari: ut calumniæ priua-  
torum eo arceantur exemplo, quo iustæ fi-  
scilites silent. Quid fisco alijs in rebus tri-  
buat, suprà satis dictum est. Nunc quid si-  
bi hic uelit, uideamus. Suis temporibus nō  
prolatæ dicuntur actiones, siue ciuius quam  
oporteat, siue tardius intendantur. Extat  
alia quædam eius constitutio, non nisi qua-  
drinno durare actionem quam fiscus ha-  
bet ad bona uacaria. quod & Papinianus  
antea significarat. Et eodem tempore Se-  
uerus Imp. statuit. peti non posse post quin-  
quennium, si quid propriæ uectigal non fo-

I.1. C. de  
quadri. præ  
scrip.

I. intra. de  
diuer. tēp.  
præscrip.

I.2. C. de ue  
ctig. & cō-  
miss.

Iurum fisco sit commissum. In alijs uero sci  
 questionibus, uiginti annorum præscri-  
 ptionem custodiri, ueteres iurisconsulti re-  
 spondent. Quod si hic intelligamus, Con-  
 stantinum agere de actionib. fisci ante tem-  
 pus motis, durum esset eas intelligi propte-  
 rea crematas, hoc est, extinctas, præsertim  
 cum priuatorum etiam hominum actio-  
 nes propter eam causam non omnino con-  
 sumantur, sed in longius tantum tempus  
 differantur. Quid itaq; si hoc loco cremari  
 accipiamus pro suspendi, à uerbo οὐ γέ μάω?  
 sicuti notum est Cæsares Constantinopoli-  
 tanos, cum latine loquuntur, plerunque  
 in Aliwigeip.

Quod ad rei iudicatæ uim & auctori-  
 tatem attinet: Constantinus talem tantamq;  
 non posse.  
 esse uoluit, ut ne Principum quidem rescri-  
 ptis rescindi posse rescriperit. Sed quia hac  
 tota de re copiose à me dictum est ad leg.  
 xii. Tab. eo lectorē reijcere malo, quam  
 molesta plenaq; tedi repetitione nunc eum  
 iterum

iterum onerare. Neq<sup>z</sup>, certe omnia omni-  
bus locis dici necesse est. Ceterum quo  
maiorem esse uoluit Constantinus vim re-  
rum iudicatarum (sic enim maximā esse  
necessē est, ut contineatur Resp.) tanto e-  
tiam magis sollicitus fuit, ut esse profectio de-  
buit, iudicia ut integra essent & incorru-  
pta. Edixit itaq<sup>z</sup>, ut qui uel precio deprava-  
uatus, uel gratia, male iudicasset: & infa-  
mis fieret, & litis discriminem damnumq<sup>z</sup> su-  
biret. Insignis profectio constitutio. Quia  
uerò hac quoq<sup>z</sup> de re satis multa dixi, cum  
xii Tabulas explicarem: ex quo tanquam  
fonte multæ huius generis honestissimæ le-  
ges emanarunt: facile iterum patiar, bre-  
uiorem hic me esse. Neque uerò impro-  
bos solum iudices Constantinus castigauit:  
sed etiam dubitantes instruxit, & ea tan-  
quam regula direxit, ubi haerere posse ui-  
debantur, ut sublato ueluti signo, in quod  
semper intuerentur, facile sese explicare, si  
uellent, possent, & a iuris ratione & via,

quam sequi deberent, nūquām deflectere.  
 Certe non multis uerbis nobilissimā in hoc  
 genere legem, oraculi instar, edidit, qua ad  
 regēda iudicia melior edī nulla posset. Ver  
 „ba eius sunt: Placuit, in omnibus re  
 „bus præcipuam esse iusticiæ æqui  
 „tatisq; quām stricti iuris, rationē.

1.4. de eo      Ulpianus ait: In summa, æquitatem  
 quod cer.      ante oculos habere debet iudex. Et gene  
 loco.      raliter puto, iudicem non meram negocio  
 1. at si quis.      rum gestorum actionem imitari, sed solu  
 g. idem La  
 beo. de re  
 lig. & sum  
 ptib. fu.      tius æquitatem sequi debere. Deniq; ue  
 1. in omni.      tis regula est, In omnib. quidem, maximè  
 de reg. iur.      tamen in iure, æquitatem spectādam esse.  
 Illud nunc ipsum Constantinus inculcat:  
 nec contentus æquitatis uerbo, iusticiæ quo  
 que nomen adiungit, duobus uerbis rem  
 propè eandem notans. Nam ut Iuris scien  
 1. si seruum.      tiām uocat Celsus, strictam illam & angu  
 g. sequitur.      stam exactamq; obseruationem uerborum  
 de uer. obl.      magis quām sententiæ ipsius legis: & ple  
                       rumq; eius scientia prætextu perniciose er  
                       rari

rari ait, cum postponitur ratio æqui & boni: sic hoc loco Constantinus iusticiam uocat, benigniorem illam & laxiorem iuris interpretationem, quæ uerborum angustijs & tanquam angulis interclusa non est: sed prudenter uoluntatem eius, quam consecetur, inquirit. Dixit Aristoteles, ἐπειδὴν εἰναι ἐπαρόβωμα τὸ νομίμος Διούσ: quo nihil dici maius potest, ad commendandam, quam Constantinus hic commendat, æquitatem. Ineptum autem est, quod quadam exemplaria ascribūt, æquitatis scriptæ. Nulla enim æquitas scribitur: neq<sup>z</sup> si scripta sit, amplius æquitas propriè dici potest. Porro hæc in conuentionibus bona fides appellatur: quam & in contractibus considerari æquum esse, ait Diocletianus Imp. Ceterum quod ad iuris interpretationem attinet, uideamus quantum iudicibus potestatis tribuat Constantinus. non enim id adhuc satis intelligi audio: & restamen magni ponderis est, atq<sup>z</sup>

1.4. C. de  
act. & obli.

momenti. Si proposita questionis circumstantijs omnibus conueniat scripti iuris definitio, ut perspicuum sit legis preceptum, & patet facta uoluntas in ea ipsa, de qua agitur, questione: non potest ab scripto receivedere index, aut aliud sibi ius fingere. Nam & alioqui leges frustra scriberentur, si prout cuiusq; arbitrio eludi possent. frustra etiam præciperetur, ne quis aliter quam legibus proditum sit, iudicet. Sed & si quod in lege scriptum est, perquam durum esse vide-

I. spexit. atur: tamen id obseruari debere, ait Ulpia  
Qui & à nus: & ubi expressim sententia contra illi-  
quib.

ris rigore lata esset, ualere non debere: car-  
samq; ipsam sine appellatione denuò in-

I. si expres- duci posse, respōdit Modestinus. Cæterū  
sim. de ap- si in questione proposita ratio ipsa moneat,  
pellat.

plus aliquid legem sensisse atque uoluisse,  
quam uerbis expressum sit: non astringet  
se ijs uerbis index, sed benigniori interpre-  
tatione ex aequo & bono repetita, uolunta-  
tem & sententiam ipsam prudēter eruet,  
eamq;

eamque sequetur. Atque hanc quidem proprie aequitatem ciuilem uocare Ulpianus dicitur. Ceterum si quid sit aequum quidem & bonum, sed alioqui alienum ab legis scriptae non modo uerbis, sed & sententia: quodque legislatori aut uisum esse, aut placuisse dici non possit: ut multa sunt naturali rationi consentanea, quae tamē cum iuris ciuilis usu non conueniunt: iam certe id priuatae interpretationis nō est, sed prætoriae aut principalis potestatis, ad quam leges ferre pertinet. Haecque illa esse creditur naturalis aequitas, quam multis Prætorū edictis nouis causam dedisse, Ulpianus saepe significat. Itaque & Constantinus sic <sup>I.I.C.de  
legib.</sup> edixit: Inter aequitatem iusque inter-  
positam interpretationem, nobis  
solis & oportet & licet inspicere.

Quod & eo pertinet, ut si legis sententia obscura sit, & incerta, ipsaque uerba ambigua: consulatur Princeps. Sicuti & olim Julianus respondit, de ijs qua primò consti-

*tuuntur, aut interpretatione aut constitutio-*  
*nione optimi principis certius statuendum*  
*I.ulti.C. de eſſe. Et Iustinianus ait: Si in præſenti tem-*  
*legib. pore leges condere ſoli Imperatori conces-*  
*ſum eſt, & leges interpretari ſolummodo*  
*dignum imperio eſſe oportet.*

*Ceterum cum inepti iudices in anibus*  
*relationibus, & non neceſſarijs consultatio-*  
*nibus temere Principis aures obtunderent*  
*(ut homines nullum in utrāq. partem mo-*  
*dum feruant) Constantinus huic quoque*  
*malo ſapiēter occurrit. Ex iat lib. xi. Cod.*  
*Theodos. hoc eius reſcriptum, ad Clodium*  
*Plautianum correctorem Lucaniæ:*

- ” Super paucis, quæ iuridica ſen-
- ” tentia decidi non poſſunt, noſtrā
- ” debes consulere maiestatē, ne oc-
- ” cupationes noſtras interruſpas:
- ” cum litigatoribus legitimum re-
- ” maneat arbitrium, à ſententia pro-
- ” uocandi.

*Post rem iudicatam, de appellationib.*  
*quæri*

quæri solet: quarū & ueterem & frequen-  
tem & necessarium esse usum, ut uel ini-  
quitas iudicantium, uel imperitia corrige-  
tur, dixit Ulpianus, & neminem etiam id  
nescire adiecit. Non prætermisit itaq;  
hanc iuris ciuilis partem Constantinus: imo  
uerò nulla alia propè de re plures edidit le-  
ges: ut neq;<sub>3</sub> est profecto quicquam, quod in  
foro infelices rei magis requirant, magisq;<sub>3</sub>  
etiam omnibus litigatoribus debeatur. Ac  
calūniosas quidem prouocationes eorum  
qui non modo euidentissimis testimonij cō-  
niicti, sed sua etiam confessione ueluti con-  
fossi essent, noluit audiri. Quis enim talia  
ludibria, talem impudentiā ferat? Sed ubi  
aliqua uel minima esset appellandi causa,  
rejici noluit appellantem: neq;<sub>3</sub> id minus uo-  
luit in minoribus, quam maioribus nego-  
cij. Iudicesq;<sub>3</sub> etiam monet, ne existiment  
sibi iniuriam fieri, si ab ijs condemnatus li-  
tigator, alios appelleat. Et quamvis abs  
Præfecto prætorio prouocari non posse, ut  
l. i. de ap-  
pel.

l. 2. C. Quo  
rum appell.  
non recip.

l. & in ma-  
iorib. C. de  
appell.

l. à Procō-

fulibus. I.e-  
 tiām eos. C  
 de appell. & olim constitutum fuerat, constituerit  
 ab omnibus tamen alijs iudicibus posse, sta-  
 tuit: atque adeò ab ijs, qui (ut loquitur) in-  
 maginem principalis disceptationis acci-  
 piunt. Ac si memoria repetamus, quod li-  
 bro superiori retuli, ut se gesserit in causa  
 Donati, quāq; patiēter audierit sapius pro-  
 uocantem, cum quidem ab ijs damnatus  
 esset, quos & iudices dari sibi ipse postula-  
 rat, & Constantinus dederat, quorumq; e-  
 tiām alioqui & autoritas summa erat,  
 & pietas integritasq; nota: facile profecto  
 intelligemus, nihil eum in hoc genere, quod  
 à Principe aequissimo, atq; etiam indulgen-  
 tissimo desiderare quisquā posset: præter-  
 mittere uoluisse. Aduersus reos falsa  
 monetæ conuictos, atque damnatos, quibus  
 ius & beneficium prouocandi negauit, du-  
 rior fuisse fortiaſſe uideri posset. Sed singu-  
 larem hanc aduersus eos severitatem, re-  
 quirebat eorum temporum necessitas, atq;  
 periculi magnitudo. Neq; alioqui suan-

tura

tura uel præceps ad pœnam, uel acerbis  
 Constatinus erat. Certe eum qui prouocaf-  
 set, ubi prouocandi ius erat, passus non est  
 ullam aut carceris pœnam, molestiam' ue  
 aut contumeliam, quæ iniuriae ullam spe-  
 ciem præse ferret, pati. Sed & in crimi-  
 nalibus reum prouocatum, tum demum  
 ubi nullum habet fideiussorem, custodia  
 contineri statuit. Magnum est hoc pro-  
 fecto, & singulare humanitatis atq; benefi-  
 ciij genus, reum criminis iam damnatum,  
 datis uadib. carcere liberari posse. Fateor:  
 non reiecit olim Siculus ille tyrannus uica-  
 riā amici uadis fidem: si tam uera est,  
 quam est peruulgata, Pythiæ & Damo-  
 nis historia. Sed paulo esse solebant in hoc  
 genere difficiliores Romani.

Pius Imp. ad epistolam Antiochen-  
 sum describens, fatetur non esse in uincula  
 coniunctum eum, qui fideiussores dare pa-  
 ratus est. sed id tamen negat, si tam graue  
 scelus admisisse eum constet, ut neque fide-  
 iussori-

I. minime.  
 C. de app.

I. 3. de custi-  
 & exhib.  
 reor.

335 De Legib. Const. M.

iussoribus, neq; militibus committi debeat:  
uerum hanc potius ipsam carceris pœnam  
ante supplicium quoq; sustinere.

Si ubi fidei iussoribus cōmissus est reus,  
queratur de eorum uel obligatione uel pe-  
1.4. de cu-  
sto. & ex-  
hib. reo. riculo, non dubium est Constatino placui-  
se, quod Ulpianus respōdit, eum qui reum  
criminis, de quo satisdedit, non exhibet,  
pœna pecuniaria plecti: & si dolo non exhi-  
beat, etiam extraordinem puniri.

Ut autem persequamur Constatini le-  
ges (ut ita loquar) capitales, humanissimā  
eius constitutionem de custodia reorum ini-  
tiō proponamus. Edixerat aliquando, ut si  
quando fisci debitoribus propter contuma-  
ciam manus injiciendae essent, nō nisi aper-  
ta & libera & in usum hominum institu-  
l. C. de cu-  
sto. reo. ta custodia militari detinerentur. Sed eo e-  
dicto non contentus, legem præterea in uni-  
uersum tulit, qua ualde sibi probari testa-  
1. aut dam-  
nū. g. solēt.  
de pœnis. tus est, quod olim prudentes Romæ respon-  
derant, carcerem habendum esse ad ho-  
mines

mines continendos, non ad puniendos. Viderat etiam Romæ ferales & squallidas Tarquinij Superbi Latomias. viderat Tulianum. Sed talia regiae tyrannidis instrumenta ecquis æquis oculis conspiciat, nisi si etiam tauros Phalaridis amet? Audiebat Constantinus, impiū illum Licinum, affinem suum, & imperij consortem, edixisse, ne quis cibū ad Christianos carcere clausos, quos inedia extinguere uolebat, deferret. Ant tam barbarum edictum hic noster non execraretur, quod ipsi etiā Ethnici, qui planè barbari non erant, detestari fuissent? Certe turis consultus ille Rom. Licinius Rufinus respondit, pœnali iudicio cum coercendum esse, qui uictum uel stratum inferri reo etiam iudicato non patetur. Accusat & Cicero Verrem, quod filiis in carcerem inclusis, prohiberet miseris parentes cibum uestitumq; ferre, nisi precio id redimerent. Exaggerat & iniurias carceris, tenebrarum, vinculorum, inclusi

clusi supplicij, & à libero spiritu & luce  
communi seclusi: & hæc uel ipsa uitare recte  
redimi posse, pecunia uero non posse asti-  
l. 7. de mari ait. Quid multis? Quod Ulpianus  
quæst. respondit, Eum questionis modum esse de-  
bere, ut reus saluus sit uel innocentia, uel  
supplicio: dici etiam de custodia carceris po-  
test. Tamq; id profecto ualde placuit Con-  
stantino, ut ipsum etiam magistratum pite-  
niri uelit, si capitali statim supplicio non af-  
ficerit custodes carceris, eorum ue mini-  
stros infelicem reum aut inedia torquentes,  
aut alio cruciatu afflgentes.

Quod ad ordinem & usum capitalium  
iudiciorum attinet, Constantinus in primis  
sibi utrung; ualde esse & curæ & cordi,  
reipsa ostendit. Nam & seuerus erat cri-  
minum, præcipue atrociorum, uindex, &  
impunitatem sciebat humanæ societatis  
esse perniciē: & uero, qua lege & in quos  
usus ab ipso Deo ius gladij accepisset, non  
nesciebat. Audiebat, quid is iam inde ab  
ipsius

ipius Noah temporibus edixisset: & Delphorum etiam exēplo permoueri poterat, apud quos moris fuisse accepimus, ut quo gladio pecudes ad sacrificium mactabantur, sōtium capita etiam ferirentur.

Quid igitur? In primis necesse fuit, delicta & maleficia, quæ si lateant, impunita erunt, & queri & conuinci: sicuti & veteres saepe monuerunt, Reip. interesse, mul  
tos esse accusatores criminum. Constan  
tinus itaq;<sub>z</sub> suos habuit Curiosos & Statio  
narios (sic enim appellabantur) quib. edi  
ta etiā lege præcepit, ut crimina inuestiga  
rent, iudicibusq;<sub>z</sub> nunciarent. Sed præcepit  
etiam diligenter (quod non minus erat ne  
cessē) ne quid negocij insontibus per calum  
niam faceſſerent. Certe & olim Antoni  
nus Pius Imp. improbum Irenarcham pu  
niri iussit, qui ad præsidem misſet noto  
ria falsa. Notoria uocat, quæ alias uel elo  
gia, uel testationes uocari solent. Erant au  
tem & appellabantur Irenarchæ, quibus

I.I.C.de  
curios.I. diuiss. de  
cūstod. &c  
exhibit.

ut cura tuenda pacis & quietis publicæ  
 (unde & nomen habent) mandata erat,  
 sic etiam inquirendorum atq<sup>ue</sup> denuncian-  
 dorum criminum, si alij accusatores dees-  
 sent. Interest enim publicæ pacis, criminis  
 puniri. Itaq<sup>ue</sup> & stationarij (ut appellaban-  
 tur) milites id quoq<sup>ue</sup> agebant atq<sup>ue</sup> procura-  
 bant. Et olim Medorum reges habebant  
 passim suos quoq<sup>ue</sup> hanc obrem n<sup>on</sup> laconio-  
 nes, ut narrat Herodotus. Sed & qui in  
 comitatu principum erant Curiosi (sic  
 enim uocabantur) quæstores quidame-  
 Plut. <sup>aripi no</sup> auaray. rant. Narrat Plutarchus, Darium mul-  
 tos semper habuisse ωλαυσσας, qui &  
 principis aures appellabantur. Sed adi-  
 cit, delatores fuisse, quorum satellitio tyran-  
 ni uitantur, boni principes uii nō debeant.

Dion. li. 52. Necenas uero, agens cum Augusto, de  
 ijs quæ necessaria uidentur ad Rempub.  
 recte regendam, & illorū ministerio uten-  
 dum esse monet: sed non ijs temerè fidem  
 esse habendam, quia sape improbi delato-  
 res

res sint. Constantinus itaque hoc consilium  
secutus, ea lege suos habuit Curiosos. Eorum  
vero audaciam repressit, cum non accusa- l.i.C.de  
re solum, sed & alicui manus iniucere, &<sup>curios.</sup>  
in carcerem abducere auderet. Non enim  
tantum ijs licere uoluit: & antea constitu-  
tum fuerat, ne ad eos, sed ad praesidem po- l.i.C.de  
tius ipsum, accusatory libelli deferrentur. <sup>cohort.</sup>

Sed quam non indulserit suis curiosis,  
uel illud testimonio esse potest, quod Aure-  
lius Victor scribat, seuerissimis eum legib.  
calumnias sedasse. Non fuit profecto ualde  
seuerus aduersus Donatianos illos, qui Ceci-  
lianum, uel Arrianos, qui Athanasium  
calumnijs exagitabant. Sed libro superiori  
dixi, cur tam lenis in ea causa esset. Ce-  
terum quam alioqui maleficia omnia pu-  
niri uellet, saepe ostendit. Sed & lege la-  
ta statuit, senatores etiam & clarissi- l.i.C.ubi  
mos uiros, & alios, qui tamen illustres non  
essent, nulla uti posse præscriptione fori  
in causa capitali, quo minus in ea, in qua

Quod attinet ad cognitionē causarum  
 I. i. C. de. of criminalium, edixit, legatos proconsulū  
 sic. procōs. eas quoq; audire posse & debere: ita tamē,  
 ut si reus damnandus sit, ad proconsulē  
 transmittatur. Hanc Constantini legem  
 non satis intelligemus, nisi si quædam al-  
 tius repetamus de officio proconsulis & le-  
 gati. Sciendum itaq; est, legatum, cui ge-  
 neraliter mandabatur iurisdictio, plenam  
 habuisse in causis ciuilibus potestatem, non  
 secus atq; eum qui propria iurisdictione u-  
 teretur. Sed in causis criminalib. nihil ha-  
 bebat potestatis. nam neq; uerberandi ius  
 habebat: & iubetur ad suum Proconsu-  
 rit. de offi. lēm remittere, si quid sit, quod maiorem  
 proconsul suam potestatem gladij, uel alterius  
 talis coercitionis in aliud trasferre, alij ue-  
 mandare potuisset. Verū cum accusatus  
 eſſet aliquis, cognitionē huius cause crimi-  
 nalis recte legato suo mandabar: ea tamen  
 lege,

lege, ut ipse ius sententia ferenda semper re-  
tineret, neque modo condemnandi, sed etiam  
absoluendi. Sic Ulpianus ait, Proconsulem  
solere etiam custodiarum cognitionem man-  
dare legatis, scilicet ut praecuditias custo-  
dias ad se remittant, ut innocentem ipse li-  
beret. Sic enim nobilis ille Ulpiani locus.  
Et legēdus est, et intelligēdus. Quem qui-  
dem Constantinus secutus, statuit, legatum  
praecuditos reos (custodias iuris consulti ap-  
pellant, quia carcere custodiantur) si con-  
demnandi sint, multa magis ad proconsu-  
lem remittere debere. Nam si legatus ius  
absoluendi non habet, multo minus habet  
condemnandi. Quanquam et hic locum  
habeat illa iuris regula, Neminem, qui co-  
demnare non potest, absoluere posse: prae-  
sertim ubi is est, apud quem reus ne accu-  
sari quidem potest. Nam alioqui fieri in-  
terdum posset, ut qui non habet ius condem-  
nandi, habeat tamen absoluendi. Sed l. ult. C. ubi  
quisquis stāndē sit aut cognitor, aut index  
sen. uel clā-  
riss.

causarū criminaliū, in primis meminisse  
debet, quod Constantinus semper eos tenere  
vult. Tetus est illud, Nulla unquā de mor  
te hominis cunctatio longa est. Illud quoq.  
uetus: Eū nimis libenter dānare videri, qui  
cito dānat. Ergo Constantinus statim atq.  
imperij gubernacula suscepisset, hāc legem

I. qui sentē tūlit: Qui sententiā latus est,  
tiam. C. de  
pœnis. temperamētum hoc teneat, ut nō  
,, prius capitalē in quempiam pro  
,, mat, seuerāq; sententiā, quam in a  
,, dulterij uel homicidij uel malefi  
,, cij criminē, aut sua confessione,  
,, aut certè omniū qui tormentis uel  
,, interrogatiōnibus fuerint dediti,  
,, in unum conspirantes concordan  
,, tesq; rei finem, conuictus sit: & sic  
,, in obiecto flagitio deprehensus,  
,, ut uix etiam ipse, quæ commise  
,, rit, negare sufficiat.

Rescripsit olim Traianus, neminem  
de suspicionibus damnari debere. Satius  
enim

enim esse, impunitum relinqu facinus no-  
centis, quam damnari innocentem. Hoc  
Constantino placuisse uidetur: suam uero  
sententiam neq; tam arguit, neq; tam ele-  
ganter, sed non minus tamen perspicue di-  
xit. Dixit paulo post & ipse Julianus Imp:  
Ecquis innocens esse poterit, si accusasse  
sufficiat? Gratianus deinde, & Valentini-  
anus, & Theodosius: Sciant (inquit) probat.  
I. ult. C. de  
cuncti accusatores, ea se rem de- " "  
ferre debere in publicam notio- " "  
nem, quæ munita sic idoneis testi- " "  
bus, uel instructa apertissimis do- " "  
cumentis, uel indicis ad probati- " "  
onem indubitatis, & luce clariori " "  
bus expedita. " "

Multa de probationibus dici nunc pos-  
sent, si à Constantino longius discedere uel  
lem, aut possem. Sed illa rei ciantur ad iu-  
stū de publicis aut criminalib. iudicij. tra-  
etatum. Horum cerie iudiciorum necessa-  
riam seueritatem ualde placuisse Constan-

tino, dubium non est. Nam & legis Iulie  
de ui, & Corneliae de falso, & Iulie de a-  
dulterijs, & Pompeiae de parricidio, & Fa-  
uiæ de plagiarijs, uel pœnas auxit, uel iudi-  
cia seuerissime exerceri iussit. Eum qui  
uim fecit, uult pœnas dare eius quoq; homi-  
cidij, quod in ea fortasse turba perpetratum  
alterius manu fuerit. Iudicium aduersus  
reos falsæ monetæ conuictos, quam acriter  
intendant, dixi libro superiori. Lex Iuliaca  
pitali supplicio adulteros non afficiebat: Le-  
Xiphilinus <sup>gimus quidem, Sept. Seuerum Imp. sic in</sup>  
<sup>ex Dione.</sup> eos aliquando excanduisse, ut tria millia  
morte multarit. Sed qui hoc cōmemorant,  
adisciunt, eum tantâ talium hominū mul-  
titudine deterritum, remisſe tam seuerā  
questionem. Primus uero Romanorum  
principum Constantinus, intelligens quam  
sanctum sit coniugij fædus, & quantum  
sit scelus adulterium, quod illud violat atq;  
polluit, legem tulit Christiano principe di-  
gnam, quæ dignas tanto flagitio pœnas ir-  
roga-

rogaret. Ius sit enim sacrilegos nuptiarum  
 (sic adulteros uocat) gladio puniri. De par-  
 ricidio quoq; legem edidit nō minus, quām  
 olim Pompeius, sacrosancta. M̄cito, quod  
 narrant eius filium Crispum iniquo iudicio  
 interceptum, & insidijs Faustæ noueræ  
 circumuentum. Iam enim quaro magis  
 quid fieri debeat, quām quid factum sit,  
 & de iure potius quām de facto dispueto: ne  
 que historiam contexo, sed leges colligo. Sa-  
 ne ut sua constitutione Constantinus cru-  
 deles atq; impios parentes castigauit: sic et  
 iam bonis & ueris parentibus filios aut e-  
 ripi aut surripi minimè passus est. Nam &  
 quæ tandem maior parentibus iniuria fie-  
 ri posset? Legem itaq; Faustā de plagiarijs  
 non solum in usum reuocauit, sed & novo  
 genere pœnæ communiuit. Extat hæc con-  
 stitutio in Theodosiano Codice, quām in Ju-  
 stinianæo, integrior: quam quidem nūc de-  
 scribere non est necesse.

Illud postremo magis etiam Constan-

tinæo

I. quamvis

C. ad leg.

Iul. de a-  
dult.

## 348 De Legib. Const. M.

tino acceptum ferendum est, quod magos  
 & aruspices, & eius generis impostores,  
 & qui eos aut consulerent, aut euocarent,  
 acerrime puniri iussit: taliumq<sup>z</sup>, etiam ho-  
 minum accusatoribus præmia proponi. Tu-  
 lic hanc legem Romæ paulo post uictum op-  
 malef. & presumq<sup>z</sup> Maxentium, impium illum ty-  
 rannum, & magicarū artiū principem:  
 qui & cū aduersus Constantinum copias  
 suas educeret, aruspicum auspicijs niteba-  
 tur: & rescisso mulierum prægnantiuū ute-  
 ro, iugulatisq<sup>z</sup> infantibus nondum natis,  
 magica nefandaq<sup>z</sup> sua sacra peragebat.  
 Sed & Maxentio sublato supererat Lici-  
 nius, ijsdē sacrīs & incātationib. initatus,  
 qui huius impietatis nouum ueluti ludum  
 aperuerat. Et erant sanè illa tempora ual-  
 de magicis huius generis studijs dedita.  
 Quid dicam, Iulium Firmicum ea aera-  
 te libros, qui etiamnum extant, ad Lol-  
 lianum, Orientis proconsulem, scripsisse?  
 qui ad curiosam vanitatem Genechliaco-  
 rum

rum proximè accedere uidentur.

De crimine Maiestatis, de quo alij principes, in sua scilicet causa seueri iudices, tam multas leges tulerūt, nullā Constantini legem habemus. Sed singularis suæ in eo genere clementiæ illustre reliquit exemplum, quod in primis dignū memoria est.

Est quidem (quod sāpe mirari cogor) ab ijs qui tam longos alioqui de Constantino commentarios olim conscripserūt, prætermisso, quacunq<sup>t</sup> tandem uel negligentia uel obliuione factum id sit: sed commode accidit, ut cum Chrysostomi conciones ad populum Antiochenum habitas legerem, in ciderim in eum, ex quo hanc historiam repeterem, insignem locum. Constantini statuam lapidauerant homines quidam seditiosi, uel petulantes. Accusati sunt. Accusatores, ut ad uindictam principem magis inflammarent, iniuriam atrocem atrociissimis præterea uerbis amplificabant. Clamabat, nō minus flagitosum esse hoc maiestatis

iestatis crimen, quam si ipsius Imperato-  
ris uiva facies lapidibus cesa, atq; etiam con-  
tusa fuisset. Hic Constantinus manu faciem  
suam palpans, & leniter arridens, placide  
respondit: nullum se uulnus ex illa lapida-  
tione sentire. Quo responso non solum ac-  
cusatores illos abegit, sed & alios principes  
non minus quam si legem tulisset, docuit,  
ut in sua causa placabiles essent. Unde &  
cum postea quidam Antiochiae statuas  
Placidiae imperatricis euertissent, propte-  
reaq; Theodosius tali uxoris suæ iniuria  
commotus, totam ciuitatem perdere uellet:  
missus ad eum placandum Flavianus epi-  
scopus Antiochenus, in primis illud quod  
de Constantino recitauit, proposuit: & The-  
odosium eo exemplo ita mitigauit, ut is le-  
gem etiam ediderit, quia ijs ignoscendum

I. una. C. si esse indicat, qui Imperatori maledixerint.  
quis Imp. maled.

Constantini leges & iudicia de crimi-  
nibus missa faciam, si illud addidero, quod  
Sozomenus scriptor Ecclesiastica historie

com-

commemorat: illum, cum de pœnis ageretur, lege lata sustulisse uetus supplicium crucis. Existimauit enim, propter honorem crucis Dominicae & Christianæ, tale animaduersionis genus in usu amplius esse non debere. Si antiquitates scriberē dicerem (quod multi fortassis ignorant) qualis forma crucis olim fuerit, & quale hoc supplicium apud Romanos. Verum nunc alio propero. Finem tamen facere non possum, quin Constantimum laudem, quod non solum bonis legibus ferendis, sed & iniquis abrogandis operam dedit. Testis est Eusebius, eum ius ciuile ab Licinio conuulsum confirmasse, huiusq; impij tyranni barbaria quæda edicta sustulisse. Sane libro decimoquinto Codicis Theodosiani, extat haec Constantini uerba: Remotis Licinij tyranni constitutionibus & legibus, omnes sciant, ueteris iuris & statutorum nostrorum obseruari debere sanctionem. Quæ tyran-

nus

„ nus contra ius rescripsit, non ua-  
 „ lere præcipimus: legitimis eius re-  
 „ scriptis minimè impugnandis.

Cæterum cum plerumque de consuetu-  
 dine queratur, & malis moribus bona le-  
 ges saepe labefactentur, ualde etiam fuit ne-  
 cessé aliquid hac de restituere, de qua &  
 in Ecclesia & in Rep. magna saepe quæstio  
 est. Ut iurisconsultorum nunc sententias

1. de quib. tantum recitem, dixit Julianus, in uetera-  
 De legib. tam consuetudinem pro lege non immerti-  
 to custodiri. Sed dixit etiam Proculus, no-

tam spectandum esse, quid Romæ factum  
 sit, quam quid fieri debeat. Quid nostet  
 1.2. C. que Constantinus? Consuetudinis (inquit)

sit longa consuet. ususq; longæui non uilis auctori-  
 tas est: non tamen tanta, ut aut ra-

„ tionem uincat, aut legem.

Qui existimant non de aliqua consue-  
 tudine, quæ legi contraria sit, agi, sed simpli-  
 citer uim & potestatem uirijsq; conferri:  
 facile interpretantur, eandem uirijsque

uim & aequalem esse: neq<sup>b</sup> alteram altera  
aut minorem, aut maiorem. Verum cum  
de cōsuetudine queritur, quæ legi cōtraria  
sit: queritur, an h<sup>a</sup>ec illam uincat & ab-  
roget. Cericè cum lex aliqua perpetua est,  
& naturali ratione subnixa, cōtraria con-  
suetudine tolli penitus non potest. Quan-  
dus quidem patitur legislator eam impunè  
contemni, aut negligi, illa cedit, & ueluti  
dormit. Sed neque planè uicla propterea  
est, quin reuocari in usum posse: neq<sup>b</sup> mor-  
tua, quin suscitari facile queat. Scio ta-  
men & fateor, legem aliquam posse con-  
traria consuetudine abrogari, sicuti & Iu-  
lianis iuriscons. facetur. Sed hoc demum  
fit, ubi legislator, cuius erat legem tueri, si  
manere uellet, illud non nolle uideatur, &  
patiendo suam tacite legem abrogat.

Porrò de ui & auctoritate consuetudinis  
multa dici possent. Sed illud nunc obiter  
tantum dicam: ut eius aliqua uis sit, in pri-  
mis esse illam oportere non iniustum, au-

iniquam. Neque enim quod omnino ini-  
stum est, tempore uel usu ius fieri potest. Et  
quò tandem recideremus, si sublato facili-  
& iuris discrimine factum pro iure acci-  
piamus, aut iuris regulam ex facto repeta-  
mus? Si id quod in usu fuit, si aliqui non  
iniustum, non iniquum, saltem non intole-  
rabile: tum certè longæ consuetudinis eant-  
uim, quæ legis esse dicitur, esse credemus.  
præsertim ubi tam longo iam tempore in-  
ualuit, ut quo primum cœperit tempore, nut-  
la memoria sit: & propterea etiam possit  
uiderilex potius perlata principio fuisse.  
Hanc etiam Constantini fuisse sententiam  
existimo: & in Ecclesia quoq; ualde uit-  
alem esse sentio. Audiebat Nicænum illum  
canonem, τὰ ἀρχαῖα ἔθνη γρατεῖσι. Sed  
interea tamen meminerat, antea in con-  
cilio Carthaginensi, cui Cyprianus inter-  
erat, atq; adeò præerat, editam hanc sen-  
tentiam fuisse. Veritati cedere consuetudi-  
nem debere. Audiebat, quod Cyprianus  
ipse

ipse ad Stephanum Rom. Episcopum scri-  
pserat: consuetudinem sine ueritate, ue-  
tustatem erroris esse. nec de consuetudine  
præscribendum, sed ratione uincendum.

Non institui plura nunc dicere, de le-  
gibus Constantini, quibus optimus hic prin-  
ceps orbem terrarum ueluti conuersum fun-  
dauit: neq; solum sapientissime continuit,  
sed & in eo statu collocauit, in quo cōsiste-  
re debuisse. Visiur adhuc Romæ in ca-  
pite viae Appia, ad Palatini montis radi-  
ces, arcus triumphalis, cum hac inscri-  
ptione:

IMP. CAES. FL. CONSTANTI-  
NO P. F. Augusto, S. P. Q. R.

QVOD INSTINCTV DIVINI-  
TATIS, MENTIS MAGNITUDINE  
CVM EXERCITV SVO TAM  
DETIRANNO QVAM DE OM-  
NI EIUS FACTIONE, VNO TEM-  
PORE, IVSTIS REPVBLICAM  
VLTVS EST ARMIS, ARCVM

TRIUMPHIS INSIGNEM DIC<sup>A</sup>  
VIT.

In interiore autem eius arcus fornice,  
ab una parte est, FUNDATORI QVI  
ETIS: ab altera, LIBERATORI VR-  
BIS. Potuisset ORBIS scribi, quem cer-  
te liberavit, & in quo quietem quandam  
bonis legibus fundavit. Nam et si cum his  
illa postea perturbata, atq[ue] etiā euersa est,  
ramen Constantini culpa nulla fuit. Au-  
dio & superioribus annis in ruinis ueteris  
templi Concordiae, inter Capitolium & Fo-  
rum Romanum (quo in loco & senatus o-  
lim habebatur, & senatus consulta fiebat)  
inuentū esse lapidem cum hac inscriptione:

D. N. CONSTANTINO MAXIMO  
PIO FELICI AC TRIUMPHAT-  
ORI SEMPER AVGVSTO OB  
AMPLIFICATAM TOTO ORBE  
REMP. FACTIS CONSILIISQ[ue]

S. P. Q. R.

AEDEM CONCORDIAE VETV<sup>A</sup>  
STAN

STATE COLLAPSAM IN ME-  
LIOREM FACIEM OPERE ET CVL  
TV RESTITVERVNT.

Laudat Cicero non solummodo Q.  
Martium Censorem, quod signum Concor-  
diae fecerit, atq; in publico collocarit: sed &  
C. Cassium censorem, quod hoc signum uo-  
luerit in curia esse: hancq; præclaram fuisse  
ait, & omni laude dignam uoluntatem  
hominis, qui præscribere se arbitrabatur,  
ut sine studijs disensionis sententiae diceren-  
tur, si sedem ipsam & templum publici  
consilij, religione Concordiae deuinxiſſet.  
Evidem laudare nō possem, nec uellem,  
senatum populumq; Rom. si Concordiae ido-  
lum colat: neq; Constantinus talem ethnicæ  
uanitatis stulticiā & superstitionē probare  
potuit. Sed lubeter audio Constantinū pu-  
blice laudari, auctorem concordiae: quam  
certè, eamq; ueram, constituere uoluisse  
uidetur, cum & Remp. legibus bonis, &  
Ecclesiam religione uera deuinxit.

Faceſſat Sept. Seuerus, qui gloriabatur, ſeſe tandem aliquando Byzantium uicæ piſſe, diripuiſſe, funditusq; cuertiſſe. Laude tur uero Constantinus, qui ciuitatē illam, quæ iam annis propè centum in ſuis cineri bus iacuerat, ſic erexit, ut deinde collabente Roma, Italiaq; peruastata, fuerit ſola pro pè ſedes & cūſtos Imperij, doctrinæ, legum ac literarū. Quid dicā, eum in media Gal lia Auguſtodunum Heduorum (quam ciuitatem Gallienus pefſundederat) ſic reſtituiſſe, ut ab auctore ſuo Flauio Conſtatino, Flavia ſit appellata: & fuerit altera ueluti Conſtantinopolis? Cum audio nobiliffimas eum ciuitates instaurare ſe toto orbe terrarum: agnoſco, domicilia religionis & iuris reſtituere uoluiffe. Sed cum cogito, quæ turbæ, quæ ruinae, quæ tenebrae mortem ilius conſecutæ ſint: agnoſco, etiam bonas leges ualde opus habere bono cūſtode & uindice. Aīunt tristissimū inuſitatæ magnitudinis cometæ, paulo ante quam Conſtan-

tinus

tinus moreretur, uisum esse. Vedit hoc fuisse  
nestissimum portetum optimus Princeps:  
quo magis morientem de tota Rep. de Ec-  
clesia, de posteritate solicitor fuisse credo.  
Extantq; etiamnum apud Eusebium po-  
strema ex ore morientis excepta uerba.

Mortuus est autē Nicomediae, anno Chri-  
sti trecentesimo quadragesimo secundo, x i  
Calend. Jun. Quæ profectione nox tam tetra  
fuit, quām annis antē triginta latus afful-  
serat orbi terrarum dies ille, quo primum  
in sua Britannia Imperator fuerat salua-  
tus. Non conferam eum cum successo-  
ribus, Theodosio, Valentiniano, Martia-  
no, Iustiniano: sed magnam causam esse di-  
co, cur omnibus temporibus Constantinus  
aliquis nouus desideratus sit: & solennib.  
uotis uitam longam illi, qui ad Constanti-  
num accederet, publicè omnes boni precati  
sint. Olim nouo principi senatus populusq;  
Rom. cùm bene precaretur, acclamare  
solebat, FELICIOR AVGVSTO, ME

LIOR TRAIANO: idq<sup>3</sup> adhuc suo tempore post aetatem Constantini factitatum fuisse, narrat Eutropius. Sed adycere profecto debuerat, RELIGIOSIOR CONSTANTINO: qualis & in Christianorum conuentibus atq<sup>3</sup>, concilijs fuit freques ad Principes, & fausta acclamatio. Sic enim & Synodus Chalcedonensis, cum Mariano Imp. bene precaretur, acclamauit, CONSTANTINO NOVO ANNI

MULTI, VITA LONGA.

Hac hactenus habui, quæ de Constantino, eiusq<sup>3</sup> legibus, ex antiquitatis memoria repeterem. Reliqua, quæ de eo copiose dici possent, Eusebius & alij historiae Ecclesiasticae scriptores, fuse commemorant. Neq<sup>3</sup> tamen nescio, neq<sup>3</sup> planè dissimulo, ut ita huius Principis multa fuisse. Homo enim fuit, & homo in magna temporum confusione multis erroribus obnoxius. Sed illa nunc solum, quæ uel publicè fecit cum laude, uel ad Remp. Christianam constitutuendam

endam bene sapienterq; prouidit, commemorare institueram. non enim historiam scribo. Si itaq; uel in signo crucis superstitione colendo, uel in templorum substructiōnibus immodecē attollendis, uel in Aha natio iniuste pellendo, uel in Ario dissolute reuocādo, uel in baptismo ad mortē usq; ſtūlie differendo, uel episcopi deniq; Arianī ministerio tunc utēdo peccauit: nihil ad institutum nunc meum pertinere putauit. Si quid in Repub. forte fecit crudeliter, si quid auarè, si quid libidinose: non laudo. Sed alius erit uituperanda crudelitatis, auaritiae, libidinis locus. Patior, ut Eutropius dicat, principem fuisse primo imperij tempore optimis quidem principibus, sed postremo medijs comparandum. Patior, ut scribat, insolentia rerum secundarum elatum, crudeliter uxorem, cognatos, amicos traxisse. Addo etiam, (quod Sidonius Apollinaris narrat) Ablauium consulētunc ea tempora uocasse Neroniana,

cum Constantinus & coniugem Faustum  
calore (ut ait) balnei, & Crispum filium  
frigore uenem extinxisse diceretur. Si hac  
uera sunt, tragica parricidia sunt, que ad  
historiam pertinent. Sed obliterate tamen  
non debent alia religionis, sapientiae, iusti-  
ciae, fortitudinis exempla: quæ si in ullo  
unquam principe fuerunt, in Con-  
stantino nostro certè  
fuerunt.

F I N I S:

ERRATA, OPERARVM INCURIA  
inter excudendum commissa,  
sic emendabis.

Pag. 3. uersu 14. legend. tueri atque 6.17. per-  
tinacem 21.3. *λεπιάτος* 28.8. Valentiniani 30.12.  
hęc uerba: 32.6. legabatur 34.12. pr̄terea in 36.13.  
Romanum 37.5. Sacerdotes. 50.3. ut certe 54.6. a-  
gebant. 55.8. quin 64.17. minimē 65.21. conuene-  
rant. 67.19. immunitate 70.11. ut uel 85.19. audia-  
mus 89.13. Epiphanius 100.14. pr̄ferret 101.16.  
Augustinus 114. ult. ducendę 133.12. factum est  
137.13. degunt Reipub. 157.21. Budæus 167.4. un-  
ciarum 168.7. ipsam 176.9. perniciosum 187.4. con-  
cilio 212.21. *σχολάσθην* 216.17. securi, Honorius 217.11.  
inferius oppignerari 223.11. Vrbicus 226.12. mensi-  
bus & 19. derelinquendi, eum 230.2. glorem 232.7.  
discederet & 4. habebat 234.14. naturalibus liberis  
& 17. commissum 245.5. quin 248.18. sexto anno  
253.11. ad eam rem 255.19. Valentinianus 263.13.  
erat aliorum & 14. rescriptis, non & 20. usumfruct.  
265.13. erat aliorum 267.1. erat 270.3. Eō itaque  
271.4. quidem 281.21. Si illi opus 285.22. uel ut  
286.6. nisi si & 8. Pr̄torum pertinere 296.21. partē  
297.15. aliquam do 302.4. actio illa & 19. vindicatio-  
nis tamen 310.6. edixit 311.20. decesserit reliquo  
319.17. pr̄scriptiones 328.7. quam 340.15.  
Aures. 345.12. sit.

RERVM ET VERBORVM IN  
præcedenti libro memorabilium  
INDEX.

- A** Blauij Cos. de Con legi 237  
statiini ætate te adulteri solidorum, eorūq; 237  
stimonium 361 poena 175  
absentia studiorū causa, & Aegypti sacerdotum scho-  
què ac Reipub. causa, le 43  
iustissima habita 200 Aegyptiorum regum de-  
Acesius Nouatianorum e lendis sacerdotibus cu-  
piscopus 96 ra 28.29  
accusatores criminum esse Aelianus Africæ procons.  
multos, Reipub. utile 62  
339 æquitas civilis Vlpiano  
accusatorij libelli ad præ- quæ. 331. naturalis. ibid.  
fidem deferendi 341 æquitatis potiſ. iudicii ha-  
Achab regis & Naboth benda ratio 326  
historia 287 æquitatem non scribi 329  
actiones suis temporib. nō ærarij ecclesiastici cura di-  
prolatæ quæ 325 aconis commissa 23  
auctori probationem, non æris ad aurum & argenti  
reο incumbere 323 proportio 156.159  
actuarij 127 æris libra 158  
Adriani imperatoris fru- ærosa pecunia reprobata  
galitas 135 163  
adulteri gladio puniri à affinitas ascriptitiorum nō  
Constantino iussi 237. separanda 228  
346.347 affinitas nuptiarum impe-  
adulteri, nuptiarum sacri- dimentū cuiusmodi. 230  
Aggenus

# I N D E X

- Aggenus Vrbicus 223 dium 56  
 agnatio ascriptitiorū non aliena negotia fidei nostræ  
     separanda 222 commissa, non negligens  
 agri colendi studium regiū ter curanda 278.279  
     219 alienas res tractantium of-  
 inter Agros cōfines quan- ficiū 281  
     tum spaciū liberū eſſe ambitionem & grē coerceri  
     debeat 222 111  
 de Agricolis, Constantini ambitus lex III.112  
     lex. 208.213. 215. 221. Ambrosij locus 2  
     item Friderici 218 amici fratrum loco 307  
 Alexander Conſtātinopo- amicos honestos etiam fra-  
     leos episcopus pius. 112 trib. consanguineis pre-  
 Alexander episcopus Ale- ferri in testamēto pos-  
     xandrinus Arij antago fe 307  
     nista 82 Anastasij imp. interitus. 92  
 Alexādrinus episcopus de ab Anastasio sublatū chri-  
     equinoctio uerno con- sargyrum tributum. 142  
     suli solitus 94 ancillarū filij inter nothos.  
 Alexandri Hierosol. epi- relati 237  
     scopi bibliotheca 47 αὐτοκαρία 207  
 Alexandri Seueri dictum αὐτεστάγως ordinati 109  
     196. in Vlpiānum pie- angariarum præstatio pro-  
     tas 206 fessorib. & militibus re-  
 Alexandria Aegyptiſcho missa 198  
     la 40. eiusdem studium aniculæ cuiusdā in Philip-  
     astronomie 94 pum Maced. regem ſcō-  
 Alexandrinorū regum in ma 277  
     conquirendis ueterum annona militaris eroga-  
     librorum theſauris stu- tio 239  
     anteceſ-

## INDEX.

anteceſſores	193	conſcripta	55
Antiochenæ ecclesiæ Chryſostomi tempore prouentus	34	aquila biceps aratri pignori accipere legem cautum	124 217
Antiochenū conciliū.	87.	archiepiscopi, eorūq; prærogatiua qualis, et utrū de. 105. uide Metropol.	prærogatiua qualis, et utrū de. 105. uide Metropol.
Antiochiae ſchola	42	arcus triumphalis Conſtantini	355.356
Antiochū Epiphanem imitatus Diocletianus.	49	Arelatensis episcopus Romanus prælatus & Constantino	59
antifitum ambitio quomodo paulatim creuerit.	106	argentum regium	165
Antonini Caracallæ numi adulterini	165	argenti ad æs proportio.	
Antonini Pij dictum	196	158.159	
M. Antonius ob ferrū denarijs admixtum dannatus	164	argenti in numis miscendi ratio	164.165
appellari à preſecto pretorio non poſſe	333	argenti libra	158
appellationes quatenus ad mittendæ, aut reiſcendæ	ibid.	Aristidis apophthegma. 56	
appellationum uſus et necessitas	ibid.	Arianum dogma damnatum	
apocryphorum à canonis discretio necessaria.	55	87	
apostolorum in monumenta,		Arius Alexandrinus prebyter. 72,74. qua occione et malitia in religionem grassatus	
Græca primū lingua		75	
		Arius ab exilio reuocatus	
		90	
		Arij factio. 72. trecentis annis grassata	73
		Arij hæresis qualis	76. inde

I N D E X.

- de eiusdem periuriū. 89. Audij ab ecclesia defectio  
uersutia & tergiuersa- 8  
tio. 76. horreadus auditoria liberalium artiū  
interitus 90. 91 tranquilla esse leges uo  
Arij sectatores pleriq; ip- lunt 195  
so deteriores 76 auditorum quāta ratio ha  
inter Arma leges non file- bita prisca Imperato-  
re debere 132 ribus 199  
Artemij confutationes Iu- Augusti bibliotheca. 45. e-  
liani calūniarū in Con- iusdem de militari disci-  
stantinum 142 plina libri 130  
artium doctoribus conces- Augusti lex, de populi pro-  
sa priuilegia quib. reb. sua Imperij ue salute uo-  
constent. 193. eisdē ho- tis 174  
nores & salaria decre- Augustodunum à Gallieno  
ta 196. 197 destructum, Constanti-  
aruspicum superstitione re- nus restituit 358  
pressa 348 Aures principis qui 340  
as libralis factus sextanta= aurei numi diuersum pon-  
rius & uncialis 167 dus 157  
scriptitiorū agnatio non aurum obryzum 173  
separanda 221 auri ad argenium propor-  
tis 298 tio 158. 159  
astrorum disciplinæ potiss. auri libra 158  
ratio habita in schola auro uitij quid addentes,  
Alexandrina 94 falsi criminis teneri. 163  
Albanafius Arij antagoni B  
sta 82 Banocherēse collegiū. 40  
Atheniensium Plynteria Basiliides hærēsiarcha 74  
211 belli nerui pecuniae 140  
bene-

## INDE X.

beneficium cum alterius in	Byzantina schola	41
iuria non postulandum		C
318.319		
Beritiensis academia	201	episcopi accusatio. 55.
bibliothecæ aliquot cele-		absolutio 60
briores	45. inde	cærenonijs libenter inha-
bibliothecæ templis adiun-		rere homines 101
ctæ cur	44.45.48	Cæsareæ Palæstine schola
bibliothecarum ueterū u-		
sus	55	Cæsares Constantinopoli-
Bononiæ schola à Carolo		tanos etiâ latinè loquen-
Magno instaurata	205	tes græciſſore 326
bonorum diuīſio patri te-		Cæſarum arbitrio ac iuſſu
ſtatuō libera 304.305		concilia generalia cogi
bouem in ſpecū dclapſum		ſolita 80.81
ſerijs etiam liberari im-		Cæſariensis bibliotheca 47
punè licuiſſe	211	Cæſtria, legionū urbs 40
Britanniæ idololatria	11	caluniæ repreſſe. 339.341
Britānos facile uinci, Cor.		canon frumentarius 139
Taciti dictum	79	canonici libri ab apocry-
buccellatum	135	phis discernendi 55
Byzantium à Sept. Seuero		capitalium iudiciorum or
euerſum, à Constantino		do et usus 338.344
rurſus instauratum	358	capitatio quid, et eius im-
Byzantium altera Roma,		munitas quib. concedi
et cur eò ſedem ſuam		154
Constantinus tranſtule		ſolita
rit	122	capitatio remiſſa. 194. ec-
Byzantina moneta ferrea		clesarum ministris 68
163		Capitecensi
		Capitolij Rom. biblioth- ca 45

I N D E X.

- ea 45 Cathari Nouatiani 98  
 Caracallæ nummi adulterii catillus 217  
     rini 165 Catonis in L. Flaminium  
 carceris poena quomodo censura 178  
     usus Constantinus. 335. cauponarie mulieres fe-  
     336                  rè impudicæ 235  
 carceris usus ad homines causarū criminalium co-  
     continendos, non pu- gnitio 342  
     niendos 336. 337 causidicorum pactiones  
 carcere inclusi humani- improbatæ 299. 300  
     ter habendi. 337. 338 cœlibatus ratio cuiusmo-  
 Carolo magno schola ex di à Nicænis patrib.  
     Papiæ instituta, et Bo habita 113. 115  
     noniæ instaurata 205 censor, censitor, census  
 castigationis domesticæ magister, idem 147  
     priuatæq; ius 266 censores ecclesiastici 19  
 castitas ecclesiæ ministris Chalcedonense concilium  
     præscripta 113 105. 107. à Martiano  
 castræsis peculij ius filio- coactum 80  
     fam. etiā in principū Charonde lex 197  
     comitatu concessum chirographarijs credito-  
     137                  ribus pupillos præfer-  
 castrorum Ro. disciplina. ri 269  
     130                  Christianum mancipium  
 lxxviii. nōnōi, eorūq; usus Iudæis aut impijs ser-  
     340                  uire, indignum & illi-  
 catecheseos usus Constan citum 266. 267  
     tini ætate 44 Christiani libertate do-  
 lxxviii. scolæ 41 nati à Constantino. 16  
 catechistæ 39 Christiani Romæ ab om-  
                         A ni ret-

I N D E X.

- |                             |                             |       |
|-----------------------------|-----------------------------|-------|
| ni reipub. functione        | credendæ                    | 284   |
| depulsi                     | lænçor                      | 23    |
| Christo bærede institu-     | clericis à tributis non im- |       |
| to, ecclesiam eius loci     | munes                       | 155   |
| intelligi                   | clericis in criminali causa |       |
| chrysargyrum tributum       | coram præside conue-        |       |
| 141                         | nendi                       | 65    |
| Chrysostomi tēpore quā      | clericis quales Ecclesia    |       |
| ti ecclesie Antioche-       | sumptu alendi               | 25    |
| næ prouentus                | clericorum auaritia re-     |       |
| Ciceronis bibliotheca.      | pressa                      | 36    |
| 52                          | clericorum loco Ecclesijs   |       |
| Ciceronis dictum            | qui potiſ. habendi          |       |
| Ciceronis locus. 163, 273.  | 207, 208                    |       |
| 279, 280, 283, 316          | clericorū ordinatio qua-    |       |
| Ciceronis tempore quan-     | lis à Nicænis patribus      |       |
| ta uectigalium summa        | constituta                  | 109   |
| 146                         | clericorū priuilegia. 206   |       |
| Circenses ludi              | 207 prouocationes           |       |
| civibus legata, ipsi ci-    | ibidem.                     |       |
| uitati relicta uideri       | clericis fœneratio omnis    |       |
| 38                          | interdicta                  | 299   |
| ſi Ciuitas mutuam pecu-     | cœlibatum esse liberunt     |       |
| niam crediderit, &c.        | debere                      | 246   |
| 283, 284                    | cœlibum multa               | ibid. |
| ciuitati relicta in quos u- | collegijs legari iure per-  |       |
| sus uertenda                | missum. 30. interdi-        |       |
| civitates                   | cium                        | 31    |
| ciuitatum pecuniæ sine i-   | coloni à prædijs suis non   |       |
| doneis pignoribus nō        | alienandi                   |       |
|                             | in Com'                     |       |

# I N D E X.

- in Commercij uis omnis discrimen 232. 239  
 remota 290 coniugij necessitas 228  
 commissoriæ pactiones coniugium sacerdotibus  
   quatenus tolerandæ à Nicæna synodo per  
   290. 292 missum 115. 116  
 commodati cura 280. 281 cōiugia debere libera esse  
 concilium, ecclesiæ cor- 237. 246. 247  
   pus 37 Constantinus alter Cyrus  
 conciliorum generalium & Nehemias 12  
   cogendorum ius apud Constantinus cur sibi By  
   Cæsares 80 zantium, relicta Ro-  
 Concordie signū in pub- ma, sedē delegerit. 122.  
   locatum 357 193  
 concubinæ lege Mosaica Constantinus episcopo-  
   permisæ uxorum lo- rum inter se concer-  
   co 232 tantium libellos exu-  
 concubinarum ratio a- rit 66  
   pudicetes Rom. cu- Constantinus erga con-  
   iusmodi 232 cubinas remissior. 230.  
 cōcubinis Senatorum i- in templorum extru-  
   niquior Constantinus elionib. profusior. 16.  
   234 legitimarum nuptia-  
 aduersus Concubinas pa- rum sautor 116  
   rum seuerus Constan- Constantinus Nicæni sy-  
   tinus 230. 234 nodi tanquam chora-  
 concubinatus à legitimis nuptijs discrimen gus 83  
   232 Constantinus placidiss. re  
 coniugij à concubinatu rum ecclesiasticarum  
   iudex 62  
 A 2 Constanti-

I N D E X.

- |                                  |                                    |
|----------------------------------|------------------------------------|
| <i>Constantinus post episco</i>  | <i>continentia et fruga-</i>       |
| <i>palia iudicia pronun-</i>     | <i>litas. 135. disciplina mi-</i>  |
| <i>ciat</i>                      | <i>litaris. 133. facilitas.</i>    |
| <i>Constantinus principib.</i>   | <i>89. 335. humanitas.</i>         |
| <i>exemplum, quo officij</i>     | <i>277. religio</i>                |
| <i>sui admoneatur, a Deo</i>     | <i>Constantini college</i>         |
| <i>constitutus</i>               | <i>Imperij socij quales.</i>       |
| <i>Constantinus IIII. Pogo</i>   | <i>7. 8. item aduersarij. 8</i>    |
| <i>natus</i>                     | <i>Constantini de adulterio</i>    |
| <i>Constantinus quib. legi-</i>  | <i>lex. 347. item de agri</i>      |
| <i>bis ecclesiæ ordinem</i>      | <i>colis. 208. 213. 215. 221.</i>  |
| <i>ac formam communie-</i>       | <i>de donatione. 301. 303</i>      |
| <i>rit. 9. inde</i>              | <i>Constantini de Eusebio</i>      |
| <i>Constantinus quo anno,</i>    | <i>Cæsariensi encomium</i>         |
| <i>et ubi mortuus</i>            | <i>104.</i>                        |
| <i>Constantini ad Persarum</i>   | <i>Constantini de patria in</i>    |
| <i>regem literæ pro Chri-</i>    | <i>filios suos. potestate lex.</i> |
| <i>stianis</i>                   | <i>247. 248. itē de ege-</i>       |
| <i>Constantini apophthegma</i>   | <i>nis patrib. è fisco su-</i>     |
| <i>350. arcus triumphalis</i>    | <i>stantandis. 252. 254.</i>       |
| <i>355. 356</i>                  | <i>258. inde</i>                   |
| <i>Constantini aula commu-</i>   | <i>Constantini de ultimis uo-</i>  |
| <i>ne asylum afflictæ in-</i>    | <i>luntatibus constitutio-</i>     |
| <i>nocentie</i>                  | <i>303. inde</i>                   |
| <i>Constantini aureus num-</i>   | <i>Constantini de usuris lex</i>   |
| <i>mus</i>                       | <i>294. 295</i>                    |
| <i>Constantini clementia in</i>  | <i>Constantini dictum</i>          |
| <i>audiendis etiam calū-</i>     | <i>Constantini donatio fabi-</i>   |
| <i>niatoribus</i>                | <i>losa</i>                        |
| <i>Constantini cōstantia. 8.</i> | <i>25. 26. 27</i>                  |
|                                  | <i>Constantini duo max. in</i>     |
|                                  | <i>Ecclesiastis</i>                |

I N D E X.

- Ecclesiā beneficia. 92      criminē clemētia. 349  
 Constantini erga bonarū literarū studia fauor 185.187.188.item Constantini in populum munificētia 140  
 stantij patris 188      Constantini in sedanda Ariana hēresi prudētia 78.79  
 Constantini erga Nicænum confessum reue- rentia.82. erga sacerdotes indulgentiā. 65. Constantini in Tyriam Sy nodum, & Nicomedi ensem clerum liber- tas 64  
 erga pupillos cura. 269  
 Constantini ijdem qui & ecclesiæ & Christi ho- stes 142      Constantini in uectigali- bus exigendis mode- stia 144  
 Constantini in bibliothecis instituendis studiū 45.48.inde Constantini laus ab urbi- bus instauratis 358  
 Constantini in cohibenda & Iudeorū perfidia & gentium idolola- tria studium 12.13      Constantini lex de gladia torum ludis tollendis 179  
 Constantini in describen- dis sacrī libris reli- gio.51. in conseruādis studium 57      Constantini lex de num- morū aestimatione ob- scura.169.contra fal- satores.174.175. inde Constantini lex de seruis non inhumanius tra- etandis 265  
 Constantini in Donatia- nos & Arianos facili- tas.341. in Heduos li- beralitas 145      Constantini lex sacrī in Synodo Nicæna iudi- cib. prescripta. 83.84  
 Constantini in Maiestatis Constantini leges capita- les

I N D E X.

- les. 336. inde 344. itē Constantini statua lauida  
 forenses. 316. hæredi- ta 349  
 tariæ. 310. nauticæ. Constantini symbolum.  
 224. numaricæ 161 44. 92  
 Constantini leges propter Constantini tempore qua  
 obſcurum dicendi ge- lis ecclesiae, religionis,  
 nus interdum in con- ac iuris ſtatus. 6. 7. 15.  
 trariam ſententiā con 71  
 torqueri 257 Constantini tutelaris con-  
 ſtitutio 271  
 Constantini magnitudo a- nimi. 4. religionis pro Constantino quan- cū  
 mouēdæ ſtudium. eod. rae fuerit Reipublicæ  
 5. 9. 16. administratio 120.  
 Constantini morte quante 127. item militaris res.  
 calamitates consecu- 130. 133  
 te. 358. cometes paulo Constantini uitia 361  
 antè conſpectus. ibid. Constantinopolis unde di-  
 inde. ña 42  
 Constantini munimen- Constantinopolitana Sy-  
 tum prope Agrippinā nodus Arianis & Ma-  
 Colo niam extructum cedonianis confutan-  
 132 dis occupata. 97.  
 Constantini numorū cha- à Theodosio coacta.  
 racter qualis 168 80.  
 Constantini precationis in Trullo 54  
 militaris formula 131 Constantinopolitanorum  
 Constantini pro infirmio Cæſarum leges cuius-  
 riū contra potenti- modi 169  
 ores constitutio. 276. Constantij dictum 144  
 277 cōſuetudo inueterata que  
 tenus

I N D E X.

- tenus pro lege habēda. no 150  
 352. 354  
 consuetudo sine uerita- 326  
     te erroris uictus. 355  
 consuetudinis uis & auto-  
     ritas 353  
 consuetudinē ueritati ce-  
     dere debere 354  
 de Consuetudine legi con-  
     traria, quæstio cuius-  
     modi 353  
 continentia causæ 317  
 contractus mutui ratio-  
     297  
 contractus ui extorti, aut  
     dolo malo, dissoluendi  
     285  
 contractus alio nomine i-  
     niri etiam posse 259  
 conuentiones dolo extor-  
     ta, prohibitæ 290  
 honiæ 21  
 Cornelia lex monetaria.  
     162. 163. itē numaria  
     167  
 Cor. Taciti dictum. 79.  
 141  
 à Creditore hypotheca-  
     rio emere, tutius ple-  
     runque, quam à domi-  
         *A. 4.*  
 cremari, pro suspendi. 326  
 criminalium iudiciorum  
     seueritas Constantino  
     approbata 345  
 criminum inuestigatores  
     & accusatores Reipu-  
     blicæ utiles, & quate-  
     nus 339  
 Crispus Constantini fi-  
     lius, nouercæ Faustæ  
     insidijs interceptus. 347  
 eius interitus 362  
 crucis supplicium à Con-  
     stantino sublatum. 351  
 cunctatio de morte homi-  
     nis nulla unquam lon-  
     gæ 84 344  
 curiae quomodo à Consti-  
     tino curatæ 127  
 curialia munera cur Con-  
     stantini ætate plerique  
     fugerint 127. 128  
 de Curialibus lex 128  
 curiosi, eorumq; in Rep.  
     usus 339. 340  
 custodia liberæ usus 336  
     *custodie,*

I N D E X.

<i>custodiae, pro reis custodi-</i>	<i>eius cultus</i>	<i>10</i>
<i>tis</i>	<i>343 diaconorum circa aerari</i>	
<i>Cypriani concio de cleri-</i>	<i>um ecclesiasticum mu-</i>	
<i>corum simplicitate. 102</i>	<i>nus</i>	<i>23</i>
<b>D</b>	<i>diaconorum cum sacrificiis vir-</i>	
<i>Damasi episcopi Rom.</i>	<i>ginibus, Cypriani tem-</i>	
<i>confessio</i>	<i>pore, coniunctus ni-</i>	
<i>damnare eum libenter ui-</i>	<i>mium familiaris 114</i>	
<i>deri, qui citò damnat</i>	<i>Dianae templi incendium</i>	
<i>344</i>	<i>75</i>	
<i>Darij iotanogori</i>	<i>340 dieculam ducere</i>	<i>320</i>
<i>decani funerarij</i>	<i>22 dierum aliquot in Eccles-</i>	
<i>decuriones</i>	<i>127 sia discrimen necessa-</i>	
<i>decurionum decreta. 193</i>	<i>rium</i>	<i>209</i>
<i>delatorum audacia Con-</i>	<i>dierum superstitiosa ob-</i>	
<i>stantino repressa. 341</i>	<i>seruatio</i>	<i>ibid.</i>
<i>delatorum ministerio u-</i>	<i>Diocletiani aureus num-</i>	
<i>tendum, non autem te-</i>	<i>mus</i>	<i>157</i>
<i>merè fidendum</i>	<i>340 Diocletiani de templis</i>	
<i>delatorum satellitio tyrā-</i>	<i>Christianorum &amp; sa-</i>	
<i>nos tantum uti</i>	<i>cris literis abolēdis e-</i>	
<i>Delphorū mos sacro gla-</i>	<i>dictum</i>	<i>49</i>
<i>dio etiā in fontes ani-</i>	<i>Dionysius tyranus stan-</i>	
<i>maduertendi</i>	<i>neis numis usus</i>	<i>163</i>
<i>Dei aliqua reverētia om-</i>	<i>Dionysij Corinthij epi-</i>	
<i>nium hominū animis</i>	<i>scopi ad Gnosios epi-</i>	
<i>insita</i>	<i>stola</i>	<i>116</i>
<i>Dei colendi inuocandiq;</i>	<i>disciplinæ ecclesiasticae</i>	
<i>ratio uera</i>	<i>neruus, exomologe-</i>	
<i>Dei inuocatio, præcipuus</i>	<i>os usus</i>	<i>98</i>
	<i>discipu-</i>	

I N D E X.

- |   |                      |
|---|----------------------|
| discipulorum quantaranta-                         | nationi mortis causa |
| tio habita priscis Im-                            | similis 242          |
| peratoribus 199 de Donatione leges Con-           |                      |
| divites ecclesiasticis bo-                        | stantini 301.303     |
| nis abstinere iussi, 24. de Donatione reuocanda   |                      |
| 25 lex 26   |                      |
| diuotiorum cause 238 donationes sp̄salitiae, &    |                      |
| doli actio biennalis statu-                       | propter nuptias 238  |
| ta 286 donationum dijudicatio                     |                      |
| doli iudicium in Repub. 301                       |                      |
| uale necessariū. ibid. donationum pupilli nomi-   |                      |
| dominica dies rusticis ad ne accipiendarum ne-    |                      |
| agriculturā libera per glectus 270                |                      |
| mīsa 208.209.211 donationum reuocanda-            |                      |
| Dominice diei obserua- rum cause 242.243          |                      |
| tio 210.212 Donatus à cassis nigris.58            |                      |
| de Dominico die festo Donatiani in Cæcilianū      |                      |
| lex 70 calumnia 61                                |                      |
| domino inuiti rem aliena Donatiani Constantino    |                      |
| re iniquum 287 aduersi 2                          |                      |
| dominorum in seruos cru Donatianorū dogma.96      |                      |
| delitas repressa 265 dos matrimonij propria       |                      |
| 266 cur 233                                       |                      |
| Domitiani bibliotheca. dotis conseruandæ gratia   |                      |
| 45 concessum mulieribus                           |                      |
| domus paterna pupillis tacite hypothecæ pri-      |                      |
| non alienāda.271.273 uilegium 270                 |                      |
| donatio Constantini fa- dotem separari, si mariti |                      |
| bulosa 25.27 bona publicentur. 243                |                      |
| donatio uxori facta, do- L. Drusi numi 165        |                      |

A 5 Druy-

I N D E X.

- |                            |     |                            |
|----------------------------|-----|----------------------------|
| Druydom schole             | 43  | do cuiusmodi Nicæni        |
| in Dubia re cōtra fiscum   |     | patribus approbatus        |
| potius pro domino re       | 102 |                            |
| spondendum                 | 227 | ecclesiæ ministris alendis |
| E.                         |     | certa uectigaliū pars      |
| Ecclesiæ bonis frui eos,   |     | destinata                  |
| qui proprijs ali pos-      |     | ecclesiæ ministros non mā  |
| sent sacrilegium           | 25  | nus exēplo quā: uer-       |
| ecclesiæ corpus, conciliū  |     | bo docere debere           |
| 37                         |     | ecclesiæ opes non mini-    |
| ecclesiæ disciplina & re-  |     | stris tantum eius, sed     |
| formatio ex Nicænis        |     | omnibus qui egent, cō      |
| potiss. canonibus pe-      |     | munes                      |
| tenda                      | 118 | ecclesiæ ordinem ac for-   |
| ecclesiæ doctrina ad sacra |     | mam, quibus legib. cō-     |
| rum literarum regulā       |     | municerit Constanti-       |
| tota exploranda            | 84  | nus                        |
| ecclesiæ instaurande e-    |     | 9. inde                    |
| xemplum principibus        |     | ecclesiæ rursum colligen-  |
| à Deo constitutus Con-     |     | dæ seruandæq; gratia       |
| stantinus                  | 7   | excitatus à Deo Con-       |
| stantinus                  |     | stantinus                  |
| ecclesiæ interitus potiss. |     | ecclesiæ status Constan-   |
| causa, primatus cōten-     |     | tini tēpore qualis         |
| tio                        | 106 | 71                         |
| ecclesiæ ministri cur ex   |     | ecclesiæ cur propria que-  |
| publico alendi             | 29  | dam bona esse Consta-      |
| de Ecclesiæ ministrorum    |     | tinus uoluerit 29.30       |
| creatione canones.         |     | stantinum parta            |
| ecclesiæ ministrorum or-   |     | ecclesiæ satisfacere       |
| ecclesiæ ministrorum o-    |     | ecclesiam principum o-     |
|                            |     | pera                       |

I N D E X.

per a subsidio q; uti non debere, Donatianorū error	2.3	tio à ciuili magistra- tu diuersa	19.20
ab Ecclesia una ad aliam transitus episcopis in- terdictus.ii. quatenus concessus	112	ecclesiasticæ disciplinæ quomodo ratio habi- ta in Synodo Nice- na	98
ecclesiae bibliothecis à Cō- stantino dotatae	48	ecclesiasticæ politiæ or- do	19
ecclesiae metropoles.	102.	ecclesiasticarum faculta- tum in pauperes dispē- satio, diaconorum mu- nus	
ecclesiarum ministri be- neficijs & priuilegijs à Constantino aucti	19	ecclesiastica prædia or- dinarijs tributis obno- xia	68
ecclesiarum ministris qua lis immunitas à Con- stantino data	67	ecclesiasticorum bonarū lus usus	38
ecclesiarum ministris sua cuique statio tuenda commissa	110	elogia	339
ecclesijs legata & hære- ditates relinqui, lege cautum	35.36.37	ēvangelicas uo- los	207
ecclesijs legata in quos usus uertenda	38.	Ephesina schola	41
ecclesijs restituta bona, à Juliano crepta	39	Ephesina synodus à The- odosio coacta	80
ecclesiasticæ censure ra-		ēxtempore	329
		Epiphanius ecclesiæ o- pes pauperibus largi- tus	35
		episcopatus omnium ecclæ- siæ pastorum unus sub Christo	102
		episcopi ecclesiæ deligèdi ratio	

I N D E X.

- ratio qualis Nicænis epis̄tos pomum 75  
 patribus approbata eruditionis atq; religio-  
 109 nis arctiss. coniunctio.  
**Episcopi ab Imperatori-** 45  
 bus et depositi, et pro Esaiæ locus 2  
 scripti 64 ἐβελοθρησκεῖου 11  
**episcopi opum ecclesiæ Euagrius** 147  
 non tam domini quām Eulogio philosopho tes-  
 ceconomi 34 sera frumentaria dari  
**episcoporū ambitio qui- iussa** 197  
 bus initij paulatim Eumenius rhetor, eiusq;  
 creuerit 105.106.111 oratio 188.189  
**episcoporum consecran- Eusebius Constantini bi-**  
 dorum & inauguran- bliotheчarius 48  
 dorum mos 110 Eusebius Nicomediensis  
**episcoporum immunitas Arij patronus. 90.112.**  
 quālis à Constantino eius ambitio ibid.  
 data 67 Eusebij Cæsariensis enco  
**episcoporum metropoli- mium** 104  
 tanorū dignitas unde Eustachius Antiochenus  
 nata. 103. et ad quid. episcopus 82  
 104 Eutropij de Constantino  
**episcoporum uitijs offen- testimonium** 361  
 sum Audium, ab eccl exceptores iudicum. 127  
 sia defecisse 8 exhæredationis iusta cer-  
**episcopis pauperum cura taq; causa ab ipso testa-**  
 in primis habēda. 255 tore exprimenda, &  
**equi publico usui deputa ab hærede scripto pro-**  
 ti, flabellis tantum agi banda 310  
 tandi 266 exomologesis 99  
 exomo-

I N D E X.

- Exomologeos à Nicenis  
patrib. prescriptæ dif-  
ficultas 101
- Exomolegeos usus ecclæ  
siasticæ disciplinæ ner-  
uus 48
- in Exomologesi externa  
non hærendum 100
- Ezechiae liberalitas 27
- Fauia lex de plagiarijs  
347
- Fauiana actio 274
- Faustæ Constantini uxo-  
ris interitus 362
- ferie stultorū ociosæ. 211
- ferie à Mose indictæ cu-  
iusmodi 213
- de Ferijs lex 70
- de Ferijs leges, iuris Pon-  
tificij olim 209
- ferijs quid agendum 211
- ferrea moneta 163
- ferrum denarijs admix-  
tum 164
- fides bona 329
- filijam. aut uendendi aut  
obligandi potestas sub  
lata 248. 254
- filijam. an ignorantie pa-
- tre uel cōtrahere, uel  
testamentum facere li-  
ceat 259
- filiosam. militi hæredita-  
tem sibi à commilito-  
ne relictam adire, qua-  
tenus sine patre liceat  
276
- filiosam. quatenus cura-  
tor dandus 260. 261
- filiorum. quatenus obliga-  
tæ res patris 270
- filij, paternis honoribus  
ut fruantur, permitten-  
di 258
- filiorum appellatione e-  
tiam nepotes contine-  
ri 257
- filiorum emancipatio of-  
ficijs à patribus peten-  
da 260
- filiorum fam. ingenuorū  
magna cura Constan-  
tino habita 265
- filios etiam in studijs ale-  
re, paternæ pietatis in-  
teresse 299
- filios surripi parētibus à  
Constantino coercitū  
fiscale 347

I N D E X.

- |                            |                               |
|----------------------------|-------------------------------|
| fiscale ius priuatorum pa- | fisci questionibus uiginti    |
| etione cōuelli non pos-    | annorum præscriptio           |
| se                         | nem custodiri 326.            |
| ad Fiscalia tributa etiam  | inde                          |
| clericos prædiorum         | ex Fisco succurri paupe-      |
| possessores compelli       | rum necessitati Con-          |
| 68. & quatenus i-          | stantinus uoluit. 252.        |
| bidem                      | 254                           |
| fiscalium debitorum con-   | L. Flaminij improbū fa-       |
| tumacia quomodo co-        | ctum 178                      |
| ercenda 152.153            | Flavia, que Augustodu-        |
| fiscalium procuratorum     | nus prius 358                 |
| in Gallia barbaries,       | Flauiani episcopi opera       |
| 245                        | placatus Theodosius.          |
| fiscus lieni comparatus.   | 350                           |
| 143                        | forensium legum usus.         |
| fisci actionem ad bona     | 315                           |
| vacantia quadrien-         | fori iudicialis feriae, mesis |
| nio tantum durare.         | & uindemiarum tem-            |
| 325                        | pore 214                      |
| fisci ius à Zenone Imp. in | Friderici Aenobarbi Im-       |
| troductum 151              | per. constitutio de           |
| fisci iuste etiam actiones | priuilegijs scholasti-        |
| cremari quatenus ius-      | corum 201. 202.               |
| se                         | 205. inde                     |
| fisci non magis, quam      | Friderici Aenobarbi con-      |
| priuatorum, singulo-       | uetus iuridicia ad Ron-       |
| rumq; hominum habi-        | calias indicti 205            |
| ta ratio à Constantino     | Friderici Imp. lex nau-       |
| 225                        | ticia                         |

I N D E X.

tica. 226.	item ru-	et quibus licere sena-
stica	218	tus consulto permis-
fronti non temere fidem-		sum. ibidem
dum	100 ob	Gladiatorios ludos
frugum cur pars octaua		prohibitos monachus
usuræ nomine pendi-		quidam lapidibus ob
iussa	296.297	rutus 182
fundum comparari sine		glebae addicti 219
censu et reliquis non		Gotthorum regum in ar-
posse, lex 149		tium professores libe-
fundi instrumento lega-		ralitas 197
to, qui contineantur.		Græcorum leuitas 175.
257		superstitio et uani-
funerarie rei cura 22		tas 213
funerum cura clericis co-		gymnicus agon approba-
missa	21	tus. 183. sublatus. ibid.

G

Galerius	22
Gallus catechista	42
Georgij Alexandrini e-	
piscopi auaritia et	
tyrannis repressa. 22,	
23	
gladiatores bustuarij. 18;	
gladiatorum ludi sublati.	
178.179.181	

gladiatorum paria etiam	
a priuatis hominibus	
exhiberi solita 178	

H

Heduis ob agri sterilita-	
tem tributa remissa,	
145	
Heliæ conuentus 42	
Heliopolis schola 43	
Heliopolitanorum uxo-	
res et puellas prosti-	
tuendi mos 223	
Helisæi conuentus 42	
huiusmodi usuræ huiusmodi	
hæredes	

I N D E X.

- hæredes ab exhæredatis hypocritarum libido. 114  
 liberis probationes in hypothecæ tacite priuile  
 nocentie & officiorū gium 270  
 posse requirere 309 I  
 hæredum cōcordiæ in di- factus ex nauis factus, qua  
 uidendis bonis haben- tenus ei qui inuenit, ce  
 da à testatore ratio. dat 226  
 305 idololatria Constantino  
 hæreditariæ Constantini quo sublata 9.10.13  
 leges 310 idololatria summū nefas  
 heretici quomodo tractā primitiæ Ecclesiæ  
 di 88.89 habitum 99  
 Herodis interitus 91 idololatriæ etiā reliquie  
 Hilarij episcopi in eccl- tollende 13.14  
 siam liberalitas 35 idolorum delubra fundi-  
 Homeri templum & bi- tūs delecta à Theodo-  
 bliotheaca Smyrnæ. 45 sio. 14. Romæ uero à  
 de quosvis cōtentio inter Gothis ibid.  
 orthodoxos orta 88 immunitas ecclesiariū mi-  
 horrei Constantini & Im- nistris à Constantino  
 peratorum posterio- data qualis 67  
 rum 255 immunitatis priuilegium  
 hospitis recipiendi neces- 194  
 sitas professorib. & mi- Imperator malus pupil-  
 litibus remissa 195 lus qui 196  
 hybernis mensibus nau- Imperatori nouo quo-  
 gationi interdictum modo acclamari soli-  
 226 tum 359.360  
 hypocriteos magni rece- Imperatores, quatenus re-  
 sus 100 ligionis causas sibi cō-  
 mitti

I N D E X.

- mitti permiserint 63 Irenæus Ioannis apostoli  
 Imperatorum post Constantini monopolia. Irenæi obtestatio, de sa-  
 255 cris libris bona fide de  
 Imperij in Orientale ex scribendis 53  
 occidentale partitio. Irenarchæ 339  
 124.125 Iudeorum Constantini tē  
 Imperium fato dari, Con- pore audacia. 12. per  
 stantini dictum 3 Constanti, repressa. eo-  
 Imperium Roma Byzan dem, et 12.  
 tium translatum cur. Iudeorum improbitate  
 123 multi propheticī libri  
 impietatis pœna certa. 91 deleti 46  
 92 Iudeorum synagoge. 43.  
 indulgentia homines redi deteriores 71 à Constantino tolerata  
 ingrati actio 301 Iudeorum templi restau-  
 ingrati appellatio ibid. ratio à Constantino co-  
 innocentem damnare gra- hibita 12.13  
 uis, quam nocentem Iudeis legata interdicta  
 non punire 345 31  
 de Inofficio testamento iudici equitatis potissimum  
 queri quatenus liceat. habendaratio 318  
 306 iudicatæ rei uis et aucto  
 inquilini ueterib qui. 220 ritas 326.327  
 Ioannis apostoli schola iudicieriam rem quantū  
 Ephesi 41 curarit Constantinus.  
 Iosiae regis religio 46 317  
 Louianus Iuliani successor iudiciorum corrupte-  
 22 pœna 327  
 B iudicio-

I N D E X.

- Iudiciorum ordo. 317. 316 iuris iurandilegitima for-  
 iugatio ministris ecclesia mula 322  
     rum non remissa 68 iurisperitis honores addi-  
 Julia Papia lex 234 ti 193  
 Julia lex de ui & adulte- ius singulare quid 192  
     rijs. 347. repetunda iuris civilis libri publice  
     rum 288 prælegi iussi 205  
 Julia lege coelibes & ste- iuris civilis scientia pre-  
     riles multari soliti. cio numario non esti-  
     246 mada 298  
 Julianus catechista 42 iuris ignoratia quatenus  
 Juliani apostatae oratio- noceat 275  
     nes. 142. in Constan- iuris professorib. cur pre-  
     tium calumniæ. ib. 143 ses ius non dicat 298  
 Juliani de scholis & ape- iuris scientia 328  
     riëdis & occludendis ex Iure scripto uoluntas  
     lex 190. 191 & sententia iudici e-  
 Juliani idololatria. 13. 14. ruenda 350  
     in Ecclesiam iniuria. iura singularia 192  
     27. interitus 91 iusticie appellatio 329  
 Julius Firmicus 348 Justinianus ducentis pro-  
 Iulij Cef. de tributis remit pè annis post Constan-  
     tendis sententia. 144. tinum 108  
     eiusdem ambitio 145 Justiniani de synodis pro-  
 Iulij Pauli de iure singula uincialibus cōstitutio-  
     ri liber 192 108  
 Junoni Monetæ uicina Justiniano omissa Consta-  
     monetæ officina 168 tini de alendis paupe-  
     iuridici conuentus ad Rō rib. lex. 251. 255. itē de  
     alias indicti 205 patria potestate 264

I N D E X.

L	missum	40
Lactatius Firm. à Constā	legem ad futura tantū, nō	
tino præceptor filio	præterita referri. 293.	
suo Crispo datus	et ad præterita tamē	
Lactantij locus	etiam quatenus ib. inde	
lacunæ auri	legē perpetuam cōtraria	
lapsi quatenus in Eccle-	consuetudine non tol-	
siam recipiēdi. 99. 100	li	353
lapsi qui, et quomodo cū	leges bonæ ex malis mori	
ijs agendum Constan-	bus	176
tinus et Nicena syno	leges bonas malis morib.	
dus statuerit	sæpe labefactari	352
Latomie Tarquinij	leges bono principi non	
latrones Reip. hostes non	tam chartis illinendæ,	
promilitib. habitu. 139	quām factis exprimen	
lecticarij	de	145
legata collegijs quatenus	leges ut condere, ita et in	
iure permissa	interpretari, solius esse	
legata Deo. 32. item Chri	imperatoris aut prin-	
sto siue Ecclesia	cipis	332
legionum urbs	in Legū forensium legib.	
legatarijs tacitè obligari	aliarum legū uis tota,	
alia testatoris bona.	aq; adeò Reip. salus si	
285	ta	315
legati officium. 342. 343	legib. non solum bonis fea-	
legis obscuritas aut ambi-	rendis, sed et malis abo-	
guitas à Principe tan-	rogādis studuisse Con-	
tum decidenda	stantinum	351
legis uolumen regi inau-	lenonib. nō per omnia in-	
gurato diuinitus com-	dulsiſſe Constantī. 237	

B 2 Leontius

I N D E X.

- L**eotius Romæ præfектus librariorum imperitia. 52  
26 librarijs bona fide descri-  
**L**euitarum tubæ in bellū bendilibri, præsentim  
ituris Iudæis sonare sacri 52.52.53  
cur in stitutæ 132 libri sacri ab hereticis  
**L**euiticæ scholæ 42 corrupti 53  
lex aliqua quatenus con- librorum ad conseruan-  
traria consuetudine ab dam religionem usus  
rogetur 353 45  
libelli episcoporum inter librorum fatidicorū duo  
sese de Arianismo con milia ab Augusto Cæs.  
certantium exusti 66 cremata 50  
**L**iberius episcopus Ro- librorum ueterum thesau-  
ma pulsus 26 ri 56  
liberta patroni sui concu libros suppositios pro  
bina, uxoris loco ha- ueris, nimio horū stu-  
bita 231. 232 dio, obtrudi 56  
libertatis naturalis pri- Licinius Ruffus 337  
ma fundamenta 287 Licinius tyrannus magie  
liberti hæredis instituen- deditus 348  
di ratio 309 Licinij aduersus literarij  
liberto ingrato libertatē studia iniquitas. 189.  
ausferri 301 impietas. 79. in Chris-  
libertorum ingratitudo tianos tyrannis. 337.  
prohibita. 267. quomo incesta barbaries re-  
do punita. ibid. 268 pressa. 228. leges sub-  
libertos fratribus consan- late 352  
guineis præferri in te- lieni comparatus fiscus  
stamento illicitum. 308 143  
libitinaria turba 21 limitanei agri militib. sine  
ullo

I N D E X.

- |                              |                              |
|------------------------------|------------------------------|
| ullo collationis onere       | corum legib. permis-         |
| assignari soliti             | sa, diuinis non ite. 236     |
| literarum magistris publi    | lupanariorum autor Sa-       |
| cē mercedē dari, Cha-        | tan 236                      |
| rondē lege decretum          | lupanarium tributū chry-     |
| 197                          | sargyrum 141                 |
| literas bonas & Reipub.      |                              |
| & ecclesiae salutem ac       | Macedonij Constantino-       |
| decus esse                   | politani episcopi tur-       |
| literarijs collegijs conces- | be 72                        |
| sa privilegia 192, 193       | magia coercita 348           |
| lite pendente patronum       | magistratus civilis ab ec-   |
| de salario pacisci, iure     | clesiastico discrimē. 20     |
| cautum 300                   | magistratus quales rebus     |
| litium redemptores. 299.     | pub. à Constantino p̄fēti 18 |
| 300                          |                              |
| Lotharij de iuris ciuilis li | magistratū potestas non      |
| bris publicē perlegen        | infinita 286                 |
| dis lex 205                  | magorum scholæ 43            |
| Lucij Britannie regis re-    | Mahematicus furor Ar-        |
| ligio 11                     | rij factionē secutus 73      |
| Luculli bibliotheca 51       | mætestatis crimen 349        |
| ludorum literariorum au-     | Maiumæ festiuitas cuius-     |
| gendorū ornandorūq;          | modi 184                     |
| studiosus Constantinus.      | Maiorum bibliotheca Cæ       |
| 185                          | pitoli Rom. 45               |
| ludorum oblectatio qua-      | mandatae rei circumstan-     |
| tenus populo permit-         | tie. 281, periculū. 278      |
| tenda 184                    | mandatum suscipienti iu-     |
| lupanaria Rom. & Græ         | stam ignorantiam non         |
|                              | B 3 impu-                    |

I N D E X.

- impulari 282 matris hæreditas relitia  
 mandatum suscipientem filijs, quatenus in pa-  
     non in faciendo tan- tris potestate. 261, 262.  
     tum, sed et negligen- 263  
     do culpam præstare. matri quatenus actione  
     280 ingrati aduersum fi-  
 mandati cõtempli poena. lios experiri conces-  
     283 sum 302  
 mandati neglector quate- Maxentius tyrannus Con-  
     nus mādati actione nō stantino sublatus. 9. i-  
     conueniendus 282 dem magiæ deditus.  
 Manilia lex, sive Mami- 348. eius libido 236  
     lia 222, 223 Maximinus 10  
 Manlij Torquati histo- Meccenatis cum Augusto  
     ria 283 consultatio 155, 160  
 Marciani de restituendis Medorum hæreticorum,  
     ecclesiæ bonis lex 28 340  
 Marcionis perfidia 35 C. Melissi bibliotheca. 48  
 Marij Gratidiani statuae. Melitonis episcopi Sar-  
     160 densis in inquirendis  
 Marinus 59 sacris libris studium.  
 mariti bonis publicatis, 55  
     dotem uxoris separa- mebis tempore iusticium.  
     ri. 243. etiam in uxo- 214  
     ris partem fiscales pro meta 217  
     curatores in Gallia Metelli frugalitas 135  
     grassari 245 metropoles que. 103. me-  
 maritorum priuilegia. tropoles ecclesiæ. 102.  
     246 103  
 Maternus 59 untrpostōdēiūs 103  
     metropo-

I N D E X.

- metropolitæ 19. 130  
 metropolitarum ius & prærogatiua à Nicænis patrib. concessa cu iusmodi. 104. 105. 110  
 metropolitanorum epis coporum dignitas unde, & quomodo na tio. 103. & ad quid. 104  
 militaris annonæ croga tio 135  
 militaris disciplina Augu sti, Romanorum, Con stantini 130. 133  
 militari disciplina etiam feriati dies permissi. 212  
 militaris precationis for mula Constantini. 131  
 militaris res tantum Rei pub. nomine cōseruata à Constantino 139  
 militaris rei usus ac ne cessitas. 130. & quanta eius cura fuerit Constantino. ibid. inde  
 militaris testamenti liber tas 135. 136  
 militares leges non minus
- quam ciuiles curæ fu isse Constantino. 130.  
 133  
 milites desertores 129  
 milites stipendijs suis es se contenti iubentur. 134  
 militum erga Constanti num obseruantia. 138  
 militū ius singulare 242  
 militibus uxores suas habere comites conces sum 133  
 militiæ, quæ nunc officia. 127  
 militiarū privilegia. ibid.  
 militiarū ratio qualis Con stantino habita. ibid.  
 Miltiades Rom. episco pus 59  
 ministris ecclesiæ sua cui que statio tuenda com missa 110  
 de Ministrorum ecclesiæ creatione Canones. 109  
 ministrorum Ecclesiæ or do cuiusmodi Nicænis patrib. approbatus. 102  
 ministros ecclesiæ nō mi

I N D E X.

- nus exemplo docere moratoriæ prescriptio.  
quam uerbo debere. nes quatenus concedē-  
213 dae 319
- minorum res quatenus uē de Morte hominis nulla  
di aut non uendi lici- unquam cunctatio lon-  
tum 272 ga 344
- minoribus iuris ignoran- Mosis seriae & sabbathia.  
tiam non nocere. 276 213
- molarum saxum superius ob Mosaicum librum di-  
& inferius pignori ac scripturn, miles casus.  
cipi à Mose interdi- 57
- clum 217 Mosis institutum, ut leui-  
monetæ opifices in insula te tubis canentes in bel-  
concludendi 275 lū iuris Iudeis præci-  
in Monetæ falsatores se- nerent, quid 132
- uerior Constantinus. mulierularum suspecta-  
334 rum consuetudine ec-  
monetæ falsatorū pœna. clesiarum ministris in-  
175.177 terdictum. 113
- monetæ officina Rom. Ju- mulierum fauor singula-  
noni monetæ uicina. ris 240 inde  
168 mulieribus quatenus iu-  
monetales triumviri. 162. ris ignorantia noceat  
168 275
- monopolia Imperatorum municipalia munera 127  
post Constantium. 255 municipia quantæ curæ  
Monothelite. 86. eorun- Constantino fuerint  
dem in corrumpendis 127
- Synodi canonib[us] im- mutui contractus ratio  
pudentia 54.55 297

N

# INDEX.

- Nstantino coacta 82  
 Nauiculariorum collegij Nicæni canones à Ro. c-  
     priuilegium 225 p̄iscopis corrupti 54  
 naufragij lex 225 Nicænorum canonū præ-  
 nauigationi hybernis mē stantia 217  
     sibus interdictum. 226 Nicænorum patrum seue  
 nauticæ leges Constanti- ritas 102  
     ni. 224. Friderici. 226 Nicænum confessum quā  
 nauticæ rei commendatio ta reverentia prosecutus Constantinus 82  
     224.  
 nautis quomodo prospel- nobiles an à tributis im-  
     clum uoluerit Constâ- munies 155  
     tinus ibid. nobiliū appellatioēs. ibi.  
 Nazareorum scholæ 42 nocentis facinus impuni-  
 necessitati nulla lex posi- tum relinqui satius,  
     ta 250 quam damnare innocē-  
 negotiatores domus prin- tem 345  
     cipalis 255 Notitia orientis & occi-  
 nepos an auitam hæredi- dentis, liber 125  
     tatem repudiare, & notoria 339  
 paternā nihilominus Nouati turbæ 72.73  
     retinere posſit, aut cō- Nouatiana hæresis. 95.  
     tra. 311. inde. & 314 quomodo à Nicæna  
 nepotes filiorum appella Synodo repreſa 98  
     tione contineri 257 Nouatiani, Cathari 98  
 Neronis de remittendis Nouatianis æquior paulo  
     uetigalibus delibera Theodosius 97  
     tio 146 Numæ religio 29  
 Nicæa Bithyniæ, & Ni- numariæ leges 161.167  
     cæna synodus à Con- numariæ rei apud Roma

I N D E X

- nos constitutio 160 Iustinianum quid. 164  
 numi signādiratio . 167. numorum rafsores teneri  
     168 lege Cornelia de falsis.  
 numi uis tota in aestima- 167. 176  
     tione magis quam in numerum unius certae spe  
     materia 168 ciei aestimationē diuer-  
 numi adulterini Caracal- sam esse nō debere. 173  
     la. 155. Liu. Drusi. ibi.  
 numi quali charactere à in Numis tria spectari. 162  
     Constantino signati. 168 numos cudere priuatis ho-  
 numistannei & plumbei minib. olim interdictū  
     lege Corn. prohibiti. 167  
     162 numos probandi schola  
 de Numorū aestimatione instituta 160  
     Constantini lex. 168. numos reprobos non libe-  
     169 rare soluentem 162  
 numerum aestimatione im- nuptiæ inter quos illici-  
     minuta, aliarum etiam tæ 229. 230  
     rerum quæ ijsdem æsti- nuptiæ sacerdotib. à Nicæ  
     mantur, precia immi- na synodo permisse 116  
     nui 169. 171 nuptiæ ultra bienniū per-  
 numerū materia triplex fponsum sine causa di-  
     tantum. 162. eiusdem latæ, irritæ 242  
     cōmixtio quatenus ap- nuptiarū leges 228. 229.  
     probata. 164. 165. itē 237  
     quætitas cuiusmodi ap nuptiarum sacrilegi. 237.  
     probata 165. inde 347  
 numerum ponderis ratio. O  
     165. 166  
 numerum qualitas apud obryzati solidi qui 173  
     obryze.

I N D E X.

- obryzatorū solidorū om Pamphili martyris bibli-  
nium idem preciū. 172 othecā 47  
obryzum aurum 173 panes ciuiles 140  
officio aliquo præditus si Pantænus 41  
quempiam aliquid si Papia lege steriles & cœ-  
bi uendere cogat, quo libes multari soliti.  
modo puniendus. 186 246  
officia militiæ olim 127 Papiæ schola à Carolo  
Olympij interitus 91 Magno instituta 205  
ordinatio ecclesiastica iu parricidij lex 347  
sta & legitima, que Paschæ celebratio hodi-  
109 erna quantum à Nicæa  
Oriēs ad libidinem pro- na constitutiōe distet. 94  
clivior 231. 236 Paschæ diei controuersia  
Orphitianum senatuscon quantæ turbæ occasio-  
sultum 263 93  
osculari mulierē, præter Paschatis celebrandi ra-  
uxorem aut cognatā, tio certa à Constanti-  
illicitum 241 no constituta 92. 93  
osculi dati, non securis nu pastoris boni est tondere  
ptijs, merces. 240. 241 pecus, non deglubere.  
Osius Cordubens. episco- 144  
pus 78. 111 paterna bona si fiscus di-  
strahat, à filio fam. asse  
wtanugā 340 ri iure singulari posse  
P 274  
Pacatianus Constantini in  
Britania vicarius 154 patrue pietatis interes-  
pacti cōmissoriij lex. 294 se, filios etiam in stu-  
pactiones cōmissoriæ qua dijs alere 199  
tenus tolerande. 292 patria in filioſſa. poten-  
tias.

I N D E X.

- flas. 247. 248. 258. pis habenda 255  
 inde pauperibus ex fisco alien-  
 patriæ suæ quenque ma- dis prospexitse Con-  
 gis quam sibi nasci. 128 stantium. 251. 252. 254  
 patribus quatenus per pecuniae numeratae loco  
 missum liberos suos uē an etiam alias res dare  
 dere 250 mutuò licitum 297  
 patriarchæ Metropolii pecuniae belli nerui 140  
 praefecti 105 perequator 143  
 patriarcharum appella- Pergamenorū regum in-  
 tio. 103. de primatu conquirendis ueterum  
 certamina 106 librorum thesauris stu-  
 patrimoniorum munera dium 56  
 ecclesiarum ministris Petrus Alexandrinus. 96  
 non remissa 68. 69 Phalaridis taurus 337  
 patrimoniorum munera Philippi Imp. seculares lu-  
 non temerè remitti. di 179  
 194 Philippi Maced. arrogan-  
 patrono uel ante, uel post tia ab anicula reprebē  
 litem, non ea penden- sa 277  
 te, de salario paciscen philosophi patrimonio-  
 dum 300 rū munera sibi remit-  
 patronorum in libertos ti postulantes, repulsi.  
 ius 267 195  
 Pauli Samofateni libidi- philosophos mercenariā  
 nes. 113. turbæ. 72. 74. operam spernere 193  
 76 philosophis cur Praeses  
 pauperes ex ærario alien- prouinciae ius dicere  
 di ratio 23 demercedib. nō soleat,  
 pauperum cura Episco- præceptorib. uero de-  
 bcat

I N D E X.

- |  |       |   |       |
|--|-------|---|-------|
| beat   | 198   | pollinctores  | 22    |
| pietas in affines et cognatos                              |       | polygamia Græcorū.  | 115   |
| tos  | 257   | πολυπρεγμοσύνη  | 129   |
| pignus quatenus pecunia ad diem nō soluta, creditori cedat | 290.  | pontifex etiam patrimonii muneribus obnoxius                      | 69    |
| 292  |       | Pont. Romani à censorū notis liberi olim                          | 64    |
| pignoris causa indiuidua.                                  | 285   | pontificis summi et cœmenici nulla ratio Nicenis patribus habita. |       |
| pignoris taciti ius ciuitatis aliquot datū.                | 284   | 104.  |       |
| de Pignoribus tributorū causa distrahēdis, lex.            |       | pontifices unde dicti.  | 262   |
| 150  |       | pontificium   | ibid. |
| Pinutus episcopus  | 116   | populi bene precantis   |       |
| Pisistrati bibliotheca                                     | 51    | munuscula Constantino non spreta                                  | 174   |
| Placidiæ statuæ eversæ.                                    |       | populi, gladiatorijs ludis sese oblectantis, impro                |       |
| 350  |       | bitas   | 182   |
| de plagiarijs lex. 347. eoꝝ runderem pcena                 | 294   | portorium   | 146   |
| Platonis locus   | 29    | possessori reo quatenus probatio competit.                        |       |
| Plauti locus   | 280   | 324.  |       |
| Plynteria Atheniensium                                     |       | prædia de hostibus capti limitaneis ducibus et militibus donata.  | 138.  |
| 211  |       | eorumq; hæredibus.  |       |
| pœnitentiae publicæ temporis in decenium pretensum         | 99    | ibid.   |       |
| pœnitentiae publicæ usus ecclesiasticæ disciplinæ          |       | prædia Italica à tributis immunis                                 |       |
| meritus  | 98.99 |   |       |

I N D E X.

- |   |          |   |          |
|---|----------|---|----------|
| immunia   | 155      | principū beneficia latissi-<br>mē interpretāda.   | 194      |
| Praſidi prouinciali em-<br>ptionib. interdictū.   | 288      | principum officij exem-<br>plum Constantinus à<br>Deo constitutus   | 7        |
| prescriptionē moratoria<br>rescripto principis cō-<br>cedi posse, perēptoriā<br>non item  | 318, 319 | principum potestas nō in-<br>finita   | 286      |
| prætorio Italiae præ-<br>fus. 126, item orientis,<br>Galliae, Illyrici, etc. ib.<br>precationis militaris for-<br>mula Constantini. | 131      | priuilegia. 191. tam cau-<br>quām personæ ibid.<br>priuilegia bonarum artiū<br>doctorib. cōcessa, quib.<br>rebus conslent | 193      |
| primates in ecclesia qui<br>dicti   | 103      | probanda  | 192      |
| primatus contentio ecclie<br>ſic interitus potiſſ. cau-<br>ſa   | 343      | proconsulis officiū.  | 342      |
| principis boni officium.  | 106      | à Procuratore quomodo   |          |
| 145   |          | omnis culpa præstan-<br>da  | 282      |
| principis rescripto pre-<br>scriptionem morato-<br>riam concedi, perēm-<br>ptoriā non item.   | 318      | prodigo non minus quām<br>furioso dandus cura-<br>tor   | 279      |
| pro Principis salute nun-<br>cupari solita nota.  | 174      | proficitia peculia  | 244      |
| principi diuinitus cōmis-<br>ſa pupillorum ex uidu-<br>arum tutela  | 277      | professorū aedes priuata<br>non inturbādæ.  | 195      |
| principes in sua causa ſe-<br>ueri iudices  | 349      | professorum honorarium<br>ſiue ſalariū.   | 196, 198 |
|   |          | immunitas & priuile-<br>gia   | 195      |
|   |          | professoribus cautum, ne<br>liuis   |          |

I N D E X.

- |                             |                            |      |
|-----------------------------|----------------------------|------|
| litis causa temere aliò     | puellæ alimentariæ         | 254. |
| auocentur                   | pueri ex publico ali soli- |      |
| professorib. salarij tardi- | ti                         | 253  |
| us persoluti etiam usu      | pupillares res sine decre- |      |
| ras deberi                  | to non alienandæ           | 271  |
| prolatæ res                 | pupillorum cura.           | 268. |
| prophetarum scholæ.         | 269. priuilegium.          | 269  |
| prophetici libri aliquot à  | pupillorum tutela ecclesi- |      |
| Iudæis deleti               | arum ministris interdi-    |      |
| prouincialium synodoru      | cta                        | 67   |
| causa                       | pupillis obligata tutorum  |      |
| prouincialib. Romanoru      | bona                       | 269  |
| præsidib. interdictum       | Pythiæ et Damonis hi-      |      |
| emptionibus.                | storia                     | 338  |
| prouocationu usus ac ras-   |                            |      |
| tio. 333. vide Appellati-   | Q                          |      |
| ones.                       | Questionib. modus qua-     |      |
| ex Psalmorum trib. milli-   | lis adhibendus             | 338  |
| bus, paucos tantum fu-      | qualitas in numis quid Iu- |      |
| peresse                     | stiniano                   | 164  |
| Ptolemai Philadelphibi-     | R                          |      |
| bliotheca                   | Rachaim. raceb             | 217  |
| publicam rem ementium,      | raptores uirginum et ui-   |      |
| uel sibi, quam uenden-      | duarum grauiter pu-        |      |
| dam suscepserat, retinē-    | niti                       | 237  |
| tium poena                  | regale studium agricultu-  |      |
| 289                         | ra                         | 219  |
| publicani                   | relapsis pœnitentib. qua-  |      |
| publicanorum acerbitas      | tenus spem uenia reli-     |      |
| reprimenda                  | quam fecerint Nicæ-        |      |
| publicanoru pœna. ibid.     | ni patres                  | 99   |
|                             | religio                    |      |

# I N D E X.

- religio cōtemptui doctis, tur, etiam Reipub, in-  
 odio indoctis, Lactan teresse 279  
 tij tempore 6 respublica sine religione,  
 religionis atq; eruditio latrocinium 3  
 nis arctis. coniunctio. reipub. bene cōstitutæ fun-  
 45 damenta & membra  
 religionis cause ad epi- 4  
 scoporū cognitionem in Reipub. curam detre-  
 reiectæ 63 ciantes lex 128.129  
 religionis cōtrouersiæ ad reipub. nerui in tributis.  
 sacrarum literarum re 140.141.143  
 gulam discutiendæ.84 reipub. quantam curā ha-  
 85 buerit Constantinus.  
 religionis potiſ. in re- 120.127  
 pub. habenda ratio 3 reipub. quies quibus po-  
 religionis propagāde e- tiſ. rebus conflet 177  
 xemplū principibus à reipub. etiam interesse,  
 Deo exhibitus Conſlā resuane quis male uta-  
 tinus 7 tur 279  
 religionis ueræ mater o- reipub. præficiē publi-  
 bedientia 11 co alendi 29  
 religionem sine libris con- reipub. quales guberna-  
 scruari non poſe. 45 tores præficere solitus  
 repetundarum lex Iulia Constantinus 18  
 288 Reticus 59  
 rei mandatæ periculum à Reo probationem non  
 duplex 278 exigi 324  
 rei ſuæ quifq; moderator reges E. clesiæ nutricij ab  
 ex arbitrer 278 Esata prædicti 2  
 rei ſuæ quis male uta- rhetores olim principiū  
 offen-

I N D E X.

- |                              |     |                                   |
|------------------------------|-----|-----------------------------------|
| assentatores                 | 6   | magni s <sup>e</sup> pe periculi. |
| Rheticus Heduorum epi-       |     | 210.211. hinc etiam die           |
| scopus                       | 97  | Dominica agrorū cul-              |
| Rhodia lex nautica.          | 224 | tura uacare, si sit o-            |
| Roma Christianorū san-       |     | pus, permisum. 208.               |
| guine imbuta, idolola-       |     | 209.211.213                       |
| triae officina, &c. 122.     |     | S                                 |
| 123                          |     | Sabellij heresis 74.76            |
| Roma relitta, cur Byzan-     |     | sacerdotes in criminali           |
| tium sibi sedem delege-      |     | causa coram praeside              |
| rit Constantinus             | 122 | conueniendi 63                    |
| Romanæ reip. ueteris mu-     |     | sacerdotum ueterum à tri-         |
| tatio nō omnis Cōstan-       |     | butis & uectigalibus              |
| tino adscribenda. 124        |     | immunitas 69                      |
| Romano episcopo præla-       |     | sacerdotibus permisum             |
| tus Arelatensis & Sy-        |     | cōiugium Nicenis de-              |
| racusius                     | 59  | crevis 116                        |
| Romanorum episc. in Cō-      |     | sacerdotibus relicta, ipsi        |
| ciliorum canonib. cor-       |     | templo relicta uideri.            |
| rumpendis fraus              | 54  | 78                                |
| Roncaliæ                     | 205 | sacrae literæ à Deo ueluti        |
| rusticæ rei uacantes, in fo- |     | oracula & legum ta-               |
| rum non compellendi.         | 214 | bulæ ad dirimendas re-            |
| rusticæ leges. Cōstantini.   |     | ligionis controuersias            |
| 208.213                      |     | confignatae 84                    |
| rusticorum non instrumē-     |     | sacrilegi nuptiarum. 347          |
| tis solum, sed et corpo-     |     | sacrilegium esse, ecclesiæ        |
| rib. parcendū. 216.219       |     | bonis frui, eos qui pro           |
| rusticorum operum mora       |     | prijs ali poßunt 25               |
|                              |     | salarium quib. dari Con-          |

stan-

I N D E X.

- statinus uoluerit 196 201.202.203.206. inde  
 salarij tardius persoluti Scipionis Aemyliani fru-  
 professoribus, etiā u- galitas 135  
 suras deberi 197 scortorum chrysargyru  
 salario ociosis subtracta. uectigal 142  
     196 scriptura 146  
 salgami uox 134 σεισχθεια Solonis 319  
 Salutis ara 276 semiſsis 298  
 Sanatibus idem ius, quod senatoris filius 258  
     fortibus 100 senatorum concubinis ini  
 sanguinolentus 250 quior Cōſtātinus. 234  
 sanguinolentos natos uen Senatus quo loco olim Ro  
     dere, quatenus patrib. mæ haberi solitus. 356  
     licerit ibid. Sep. Seueri impia gloria  
 Sardicensis cōuentus. iii. tio. 358. in adulteros  
     eius canones pro Ni feueritas 346  
     cænis suppositi 54 sepulturæ gratuitæ à Cō  
 Scæuolæ de ferijs respon- stantino instituæ. 22.23  
     sum 211 sepulturæ magna semper  
 schola Leuitica 42 cura habita ecclesiæ.  
 scholæ ueterum illustrio- 21.22  
     res 40.41 serui hæredis instituendi  
 scholarum in Ecclesia u- ratio 309  
     sus 39 seruire Iudeis aut impijs  
 scholarum præfæctis certa hominib. illicitū Chri-  
     uectigalium pars desti stiano 266  
     nata 29 de Seruis nō inclemētius  
 de Scholis ciuilib. Conſtā tractandis lex 265  
     tini lex 185.186 fescuplum, μειολον 298  
 scholasticorū priuilegia. Sex. Aurelius Victor. 124  
     Smyr-

I N D E X.

- Smyrnēsis bibliotheca. 45 spōsalitiae arrē spōso red-  
 Sibyllini libri ab Augusto di, nō secutis nuptijs,  
 afferuati. 50. et à sacer quatenus solitae 242  
 dotib. tantum certis no sponsalitiae donationes,  
 tis describi iūsi 51 238. etiam nuptijs nō se  
 Sidonij Appollinaris de cutis quatenus ratæ,  
 Constantino testimoniū 239. 240  
 nium 361 stannei numi apud Syra-  
 singularia iura 192 cusanos 163  
 Silinius Nouatianorum Stationarij, eorūq; in Re  
 antistes 97 pub.usus 339. 340  
 solidi exteriorem circulū sterilitatis gratia tributæ  
 incidentes dānati. 176 remissa 145  
 solidi obryzati qui. 173. sterilium mulcta 246  
 idem eorundem omni studiorum fauore, singula-  
 um prēcium 172 ri iure cōstituta quæ.  
 solidorum cōstimatio. 157 200. inde  
 Solonis σεισθεῖα 319 studiorum reuerentia pri-  
 Spartam nactus es, hanc uilegijs cōfirmata. 192  
 ornæ 119 à Studijs ante annos 25.  
 Spartana moneta ferrea. quenquā auocari pub-  
 163 munerū p̄ttextu, cau-  
 ad Spectaculum illicitum tum 200  
 relicta, ad quos usus studiosis quales iudices de-  
 uertenda 39 putati 201. 207  
 spectacula cruenta omnia studiosorum quanta sit ra-  
 uitanda. 180. et qua- tio habita priscis Impa-  
 lia populo exhibēda. ratoribus. 199. 200.  
 183. 184 inde  
 Spes fallax dea 292 sua cuique committere &  
 C 2 quinno.

I N D E X.

- |                             |               |                             |          |
|-----------------------------|---------------|-----------------------------|----------|
| quum                        | 279           | T                           |          |
| de Successione et heredi    |               | Tacite hypothecæ priu-      |          |
| tatibus lex                 | 311.          | legiū. 270. quibusdam       |          |
| sui quisq; iuris dominus.   |               | civitatib. datum, 284       |          |
|                             | 279           | templorum instaurando-      |          |
| suis reb. ne quis male uta- |               | rū ratio et usus. 15. 16    |          |
| tur, interesse etiā Rei-    |               | temporum certa obserua-     |          |
| pub.                        | 279           | tio quanti momēti. 95       |          |
| de Suspicionib. damnari     |               | liberior                    | 304. 306 |
| testamenti faciendi ratio   |               |                             |          |
| neminem debere. 344         |               |                             |          |
| Symbolum Constantini.       |               | testamenti factio an filio- |          |
|                             | 92            | fam. licita                 | 279      |
| Symmachus Vestaliū pa-      |               | testamenti inofficiosi que  |          |
| tronus                      | 33            | rela quatenus licita.       |          |
| Synagogæ Iudeorum           | 43            | 306. 307                    |          |
| ouvarēntoi que, carūq;      |               | testamenti militaris liber  |          |
| consuetudine interdi-       |               | tas                         | 135. 136 |
| ctum                        | 113. 114. 230 | testari neminem, nisi qui   |          |
| Synodus Tyria à Constā      |               | sui iuris est, poſse. 259   |          |
| tino castigata              | 64            | testationes                 | 339      |
| Synodorum cogendarum        |               | testatoris bona etiam alia  |          |
| potiſ. ratio et usus.       |               | facitè legatarijs obli-     |          |
| 79. 80. ius olim apud       |               | gata                        | 285      |
| Cæsares                     | 80            | testi iniurato non minus    |          |
| Synodorum decretis quā      |               | quam iurato creden-         |          |
| tum tribuendum              | 85            | dum                         | 322      |
| Synodorum prouincialū       |               | testi uni non acquiescen-   |          |
| causa                       | 107           | dum                         | 322      |
| Syracusius episcopus Ro-    |               | testes iurisurandi religio  |          |
| mano prælatus               | 59            | ne constringendi            | 322      |
|                             |               | Theodo-                     |          |

# I N D E X.

- Theodosius alter Constā tributa propriē quae. 147  
 tinus. 223, eiusdem de tributa Reip. ncrui. 140.  
 Nouatianis lex. 97. li. 143  
 bernalitas. 140 tributa sterilitatis gratia  
 Theodosij ira per Flavia remissa 145  
 num episcopum placata 350 tributorum & quabilis ra-  
 tio. 141. 253. 148. eorū  
 Theodosio funditus de le- demiq; exigēdi modus.  
 ta idolorū templū. 14 149  
 Tiberina decursio 184 tributorum qualis ratio  
 Tiberij dictum 144 fuerit in Ro. imperio.  
 Traiani bibliothēca. 45. 146  
 frugalitas. 135. laus. tributorum debitores cō-  
 189 tumaces quomodo tra-  
 Traiani dictum 143 etandi 152. 153  
 transitus ab ecclesia una tributorum exactores a-  
 ad aliam quatenus con- cerbiores puniri soliti.  
 cessus 112 147  
 propter Tributi soluendi tributorum exactorib. à  
 dilationē quatenus di- rusticis instrumētis &  
 strahēda debitoris bo- bobus interdictū 152  
 na 151 tributorū immunitas pri-  
 tributi solutioni quantum scorum sacerdotib. cō-  
 tēporis præscriptū. 152 ceessa 69  
 tributa ex pradijs sterili- tributorū numi equa lan-  
 bus quomodo colligen- ce appendi soliti. 166  
 da 155 à Tributis neque clericos  
 tributa non minus auro fuisse immunes 155  
 quam argento depen- tributis ordinarijs etiam  
 disoluta 156. 157 ecclesiastica prædia

I N D E X.

- esse obnoxia 68 quatenus recepta . 339  
 à Tributis penitandis ne Valentianus Ecclesiæ  
     mo eximendus 154 filius.2 eiusdem de re-  
 de Tributis remittēdis 116 stituendis ecclesiæ bo-  
     lij Cæf. sententia 145 nis lex 28  
 triumviri monetales.162. M. Varronis bibliotheca.  
     268 48
- Tullianum 337 uectigalia propriè dicta  
 tutela pupillorum & ui- que 146  
     duarum diuinitùs com uectigalia Reipub. nerui.  
     missa principi 277 146  
 tutelam ut rempub. geri uectigalium æquabilis ra-  
     debere 270 tuo 142  
 tutelaris prætor 272 uectigalium certa pars a-  
 tutoris, qui pupillam suā  
     stuprarit, poena 237 lendaris sacerdotib. desti-  
 tutorum bona pupilli o- nata 28.29  
     bligata 269 uectigaliū immunitas pri-  
 tutorib. pupillariū donati scorum sacerdotib. cō-  
     onū occasio neglecta, cessa 69  
     de suo pendenda. 270 uectigalium in Ro. Impe-  
 tutorib. quatenus conces- rio cuiusmodi constitutio 146  
     sum res minorum alie-  
     nare, &c. 271 uectigalium summa Cice-  
 tyräni que rapuerint, ea, ronis tempore 146  
     interfectis illis , pro- in Vectigalib. exigendis  
     prijs dominis restituen Constantini modestia.  
     da 15 144  
     V Vergilij locus 212  
 vadis amici uicaria fides ueritati cōsuetudinem ce-  
     dere debere 354  
     Vespas

I N D E X.

- Vespasiani sordida auari de Ultimis uolutatib. 303  
 cia 14.4 uolutatis supremæ liberū  
 ueſſillones 21 esse ſtilū debere. ibid.  
 Vestalibus legata, eorūq; uota pro ſalute Principis  
 in pauperes liberali- nuncupari ſolita. 174  
 tas 33 uſuræ iuriōdicii. 298. ſeſ-  
 pro Veste etiā uſuras ſti- quicentesimæ, cēteſi-  
 pulari poſſe 297 me. ibid.  
 ueteranis cōceſſa priuile- uſuræ legitimæ nō impro-  
 gia 138 bandæ 299  
 uim qui fecit, quomodo uſuras non pro pecunia  
 puniendus 346 tantum, ſed & pro ue-  
 de Vi iudiciū ante omnes ſte ſtipulari poſſe, ac  
 alias cauſas tractari fo ſolui debere 297  
 litum 316 uſurariæ leges 295.296  
 uī nihil magis iuri cōtra- uulgaris uxori aut mulier  
 rium 321 que 235  
 uindemiarum tempore iu uxori obſtricta mariti bo  
 ſtictum 214 na, dotis conſeruandæ  
 uindictæ diuinæ exēpla. nomine 270  
 91 uxores mariti bonis publi  
 uirginum ſacrarum cum catis, indignis modis  
 diaconis conſuetudo, in Gallia à fiscalib. pro-  
 Cyprianitēpore 114 curatorib. tractari. 249  
 Vlpia bibliotheca 45 uxori. data priuilegia à  
 Vlpianus contra militum Constantino. 242. 244  
 furorem deſenſus. 206 Z  
 Vlpiani locus reſtitutus. Zosimi in Constantinum  
 343 mendacium 241


F I N I S.

1927117

BASILEAE, EX OFFICINA  
Ioannis Oporini, Anno Salutis huma-  
ne M. D. LVI. Men-  
se Martio.

20. 1895. apn' al'ādīt. id tr. D. M.

1895. 1895. apn' al'ādīt. id tr. D. M.



in dñe reia i  
Hic m̄ dñe  
e uerbi car  
sod̄ i egl̄ia m̄  
lunigā ēm̄ dñi p̄

lētā cōfessio



161

6857-59

